This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


Digitized by Google

BAE
435.5
Polybi

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

POLYBII

HISTORIARVM

TOMVS I.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΠΟΛΥΒΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII
MEGALOPOLITANI
HISTORIARVM
QVIDQVID SVPEREST.

RECENSVIT, DIGESSIT,
EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE LECTIONIS, ADNOTATIONIBVS, INDICIBVS ILLVSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER
ARGENTORATENSIS.

TOMVS PRIMVS

LIBER I. II. ET III.

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCLXXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

POLYBII

HISTORIARVM

TOMVS I.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΠΟΛΥΒΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII
MEGALOPOLITANI
HISTORIARVM
QVIDQVID SVPEREST.

RECENSVIT, DIGESSIT,
EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE LECTIONIS, ADNOTATIONIBVS, INDICIBVS ILLVSTRAVIT,

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER
ARGENTORATENSIS.

TOMVS PRIMVS

LIBER I. II. ET III.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.
MDCCLXXXIX.

Digitized by Google

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Digitized by Google

AD AEQVVM LECTOREM
PRAEFATIO EDITORIS
DE EDITIONIS HVIVS CONSILIO ET SVBSIDIIS.

I.

Quænam ſint RELIQVIAE HISTORIARVM POLYBII, *ac variæ earundem* EDITIONES.

1.

HISTORIARVM, quas *Polybius Megalopolitanus* literis conſignatas poſteritati reliquit, tantas eſſe tamque multiplices virtutes, ut, ſi quod aliud Antiquitatis monumentum, hoc certe, cum ob ipſius argumenti præſtantiam, tum ob illuſtria ſubſidia quibus ad illud tractandum inſtructus Auctor acceſſit, denique ob lucidam religioſamque & lectoribus fructuoſam inprimis rationem qua inſtitutum ſuum eſt perſecutus, maximi ſit faciendum; id quidem conſtanter & olim & ad noſtram usque ætatem apud omnes fuit in confeſſo, qui, quid verum rectumque ſit in hoc genere, quid porro inſigne atque præcipuum, æſtimare didicerunt.[a]) Quo magis eſt dolendum, de *quadraginta Libris*, quibus Res Romanorum omniumque Populorum, qui ſua & patrum ſuorum memoria claruerunt, complexus erat graviſſimus Scriptor, nonniſi quinque prio-

a) Illuſtriora *de Polybio ejusque Hiſtoriis Teſtimonia* initio Tomi V. hujus Editionis colligemus. *De Conſilio* interim *& Argumento harum Hiſtoriarum*, ac de tota ratione quam in eis conſcribendis ſecutus eſt Auctor, ipſum audire juvabit exponentem initio Libri primi ac Libri tertii, tum rurſus I. 35. & III. 31 ſeq.

Digitized by Google

res ex infelicibus illis cladibus, quæ a decimo fere post Christum natum seculo Græcas oppressere literas, salvos atque integros evasisse. *Quinque* illi *priores Historiarum Polybii Libri*, postquam medio seculo decimo quinto a *Nicolao Perotto*, Episcopo Sipontino, latini magis elegantia styli claro, quam græcarum literarum peritia, in Latinum sermonem essent conversi,[b]) Græce primum opera VINCENTII OBSOPOEI Onolsbacensis in lucem editi sunt *Hagenoæ typis Secerianis anno* MDXXX, adjecta in fine Perotti latina versione.

2.

Ceterorum Librorum, qui integrum olim compleverant opus, nonnisi abscissas ac multis modis mutilas truncatasque, sed ne sic quidem spernendas utique, habemus *Reliquias:* quæ, quo illustriora vestigia continent rerum & ad cognoscendum jucundissimarum, & ad instruendum omnis vitæ usum, privatim atque publice, bello paceque, saluberrimarum, tanto acrius adferunt legentibus molestiusque eorum quæ interciderunt desiderium. Scilicet, præter satis amplum numerum *singulorum Fragmentorum*, quæ apud varios veteres Scriptores, Dionysium Halicarnassæum, Strabonem, Iosephum, Heronem illum juniorem, cujus exstat de repellenda Obsidione libellus, Athenæum, aliosque, tum apud Grammaticos, Stephanum Byzantinum & Suidam præsertim, velut e naufragio conservatæ tabulæ reperiuntur; supersunt etiam variæ *collectiones Eclogarum*, plerarumque latius patentium, quæ ex opere olim integro, secundum librorum seriem, excerptæ sunt atque digestæ. Diodorum Siculum taceo, Liviumque: quorum ille multa e Polybio pæne ad verbum, dissimulato tamen (quoad quidem hodie ex ejusdem Diodori reliquiis apparet) auctoris nomine, suæ Bibliothecæ inseruit; hic integros etiam libros, tantum non presso ubivis pede, latinum in sermonem convertit.

3. *Eclo-*

b) Confer infra, Sect. IV. n. 9.

Digitized by Google

3.

Eclogarum, quas dixi, vel *Excerptorum*, quæ vulgo vocant, unum genus, incertum quo compilatore quove tempore confectum,[c]) cum majore parte *Libri ſexti* inſignes *ſequentium duodecim Librorum* particulas (*Epitomas* adpellavit Compilator) complectitur. Qua de compilatione ſicut nimis magnifice Iſ. Caſaubonus ſenſit, quum *ipſam illam Epitomen*, quam *a M. Bruto ex Polybio factam* Plutarchus commemorat, *hanc eſſe* exiſtimavit; atque, ſive Brutus fuerit, ſive alius, qui eam confecerit, *magno judicio uſum eſſe* cenſuit *in iis ſeligendis quæ Politico informando eſſent accommodatiſſima:*[d]) ſic bili paulo magis, quam par erat, indulſiſſe videri poteſt Reiskius, vir optimus ceteroquin auctiſſimusque, in Præfationa ad ſua Polybiana;[e]) ubi, *Cum locos communes*, ait, *vel paſtoribus obvios, ipſo in opere Polybii integro lego, magna orationis ambitione venditatos, fero & condono reliquorum præſtantiæ. Sed judicio, vel tarditati potius carnificis, quisquis ille fuit, qui Polybium membratim contruncavit, ſuccenſeo; qui ſatius duxerit, tot triviales locos e Polybio enotare, quam inſignium rerum geſtarum memorias poſteritati transmittere. Numeremus in ceteris Polybii infortuniis hanc hominis male feriati ſtultitiam, cui caput illius adverſa ſors objecit.* Iſta *Excerpta*, quæ nos, ut ab aliis poſt hæc demum repertis & in lucem protractis diſtingueremus, *Antiqua* cognominavimus, typis primum evulgata librisque quinque prioribus adjecta ſunt *per Ioannem* HERVAGIVM, *Baſileæ* MDXLIX, hoc titulo: Πολυβίου Μεγαλοπολίτου Ἱστοριῶν βιβλία Ε'. καὶ Ἐπιτομὴ ΙΒ'. *Polybii Megalopolitani Hiſtoriarum Libri priores quinque, Nicolao Perotto Epiſcopo Sipontino interprete. Item Epitome ſequentium Librorum usque ad Decimumſeptimum, Wolf-*

 gango

c) Conf. infra, Sect. IV. n. 6. Gron. p. 49 & 51. (edit. Ern. p. 646 & 648.)

d) Iſ. Caſaubonus in Dedic. ad Henr. IV. Regem, Tomo III. edit.

e) Volumine Vto Animadverſionum in Græcos Auctores p. 765.

Digitized by Google

gango Muſculo interprete. Idem Muſculus rogatu Hervagii Verſionem etiam Perotti cum Græco exemplari contulit, & paſſim vel ſupplevit vel emendavit; quemadmodum ipſe in Præfatione profitetur. Editionem, quoad Græcam quidem partem, curaſſe videtur *Arnoldus Peraxylus* ARLENIVS, qui Dedicationem præmiſit.

4.

Sed ante hanc Editionem Hervagianam jam particulæ nonnullæ eorumdem Excerptorum, quorum tota collectio tunc primum prodiit, fuerant in publicum productæ. *Fragmentum de Prælio navali ad Chium Philippi cum Attalo & Rhodiis,* (ex Libro XVI. cap. 1-8. nobis cap. 2-9.) *Lazarus* BAYFIVS, *Venetiis* acceptum, inſeruerat libro ſuo de Re Navali Veterum, qui anno MDXXXVI Lutetiæ Pariſiorum prodiit, recuſus Baſileæ anno MDXXXVII, & Theſauro denique Antiquitatum Gronoviano Tom. XI. inſertus. Eodemque *anno* MDXXXVII. *Baſileæ ex officina Io.* OPORINI prodiit pars ſatis ampla *Libri Sexti Polybiani,* quæ in editionibus deinde vulgatis a cap. 17 usque ad extr. cap. 40, & in hac noſtra a cap. 19-42 excurrit, Περὶ τῆς τῶν ὁπλιτῶν καταστάσεως, *de Militia Romanorum,* cum Iani LASCARIS Latina Verſione. Cujus editionis exemplum mihi ad hunc diem nondum contigit videre: lectionibus autem ex illa excerptis uſus ſum, quas Reiskius Animadverſionibus ſuis in Polybium inſeruit. Et iſta quidem Oporini editione primum græce in lucem protractum eſſe Fragmentum illud Polybianum, traditum ab Erneſtio in Præf. ad Polyb. p. 14. & a Reiskio in Animadv. p. 447. video. Quibus tamen dubium movere potuerat, quod Hervagius ſive Arlenius in editione Hervagiana Polybii, ubi ad illud ipſum Fragmentum pervenit, p. 180. de *Lutetiana editione* monuit, qua Hiſtoriæ Polybianæ *Epitome Sexta,* ut ait, *ſeorſum per Io. Lodoicum excuſa eſt.* Quæ ipſa verba poſtquam Reiskius loc. cit. protulit, de Pariſina illa editione nihil plane ſibi conſtare profitetur.

Ac

Digitized by Google

Ac mihi quidem quidquam amplius de ea compertum est: sed Maittairii Annales Typographicos dum evolvo, Fragmentum illud, de quo quærimus, jam priusquam ulla Polybianæ Historiæ particula Græce esset edita, *Græce & Latine Venetiis* fuisse in lucem prolatum reperio, hoc titulo: *Liber ex Polybii Historiis excerptus, de Militia Romanorum & Castrorum metatione, inventu rarissimus, a Iano Lascare in Latinum translatus; ipso etiam Græco libro, ut omnia conferri possint, adjuncto: Iohannes Antonius de Sabio excudebat Venetiis* M. D. XXVIIII. *Kalendis Martiis.*[f]) Quare quum Oporinus (ut ex ejusdem Reiskii Præf. ad sua Polybiana p. 775. disco) in Præfatione sua testetur, illud *opusculum ad se missum esse a Iacobo Bedroto*, qui in Schola Argentoratensi bonas literas tum docebat; videndum est, ne non tam manu exaratum codicem dixerit, quam exemplum aliquod sive Parisinæ sive Venetæ editionis. De *Iusto Lipsio* aliisque, qui post hunc eamdem Polybianam Eclogam Commentariis suis de Militia Romana inseruerunt, non est hic differendi locus.

5.

Alterum est genus *Excerptorum Polybianorum*, quod ex infelici illo ac bonæ parti præstantissimorum Scriptorum Græcorum exitioso instituto Constantini Porphyrogeniti Seculo X. ortum duxit; qui Græcorum Historicorum opera minutas in partes concidenda, ex istisque particulis eas, quæ præ ceteris maximi viderentur esse momenti, per LIII Titulos sive Locos digerendas curavit. Quo instituto tantum abest, ut tutiori commodiorique ratione posteris traderentur illa antiquitatis monumenta, de quorum interitu solicitus fuerat bonis literis favens Imperator; ut de ipsis illis Eclogis non nisi duo Tituli nostram ad ætatem pervenerint. Quorum unus, qui Ἐκλογὰς περὶ Πρεσβειῶν, id est, *Selecta* vel *Excerpta de Legationibus* continebat,[g])

f) Maittaire Annal. Typogr. T. V. p. 169.

g) Nostro more atque idiomate *des Traités de paix* diceres.

Digitized by Google

ſub finem vergente Seculo XVI repertus, curante FVLVIO VRSINO Romano primùm editus eſt Græce ex officina Plantini *Antwerpiæ* M. D. LXXXII. Quumque major pars iſtorum Excerptorum ex Polybii Hiſtoriis ſint ducta, adjecta ſunt etiam alia *Polybii Fragmenta* ex variis Auctoribus ab Vrſino collecta, tum *Vrſini Notæ in Eclogas*, ejusdemque *Emendationes ad Polybium ab Hervagio editum.*

6.

Eisdem deinde Eclogis de legationibus IS. CASAVBONVS præſtantiſſimam ſuam *Polybii Editionem* auxit, qua quidquid Hiſtoriarum hujus Scriptoris ad id ætatis reperiri potuerat, in unum corpus collectum, et partim *ex antiquis libris* partim ex ingenio emendatum, *novaque Verſione Latina & Synopſi Chronologica* illuſtratum, in lucem emiſit *Pariſiis apud Hier. Drouardum,* MDCIX. Quam Editionem Caſaubonianam qui cum Fabricio Bibl. Græc. T. II. p. 739. *eodem anno Hanoviæ recuſam* perhibent, quod a multis vulgo traditum video, hos lubrico admodum niti fundamento egregieque falli, quum mea nonnihil intereſſet diſpicere quid rei ſit, liquido cognovi. Scilicet ſunt quidem exempla Editionis Caſaubonianæ, ea fere quæ in Germaniam tranſierunt, (cujusmodi eſt illud ipſum, ad cujus marginem ego lectionis varietatem ex aliis editionibus & ex codicibus manuſcriptis adnotavi,) quorum in titulo nec urbis Pariſiorum nec Drouardi nomen conſpicitur, ſed illorum loco hæc leguntur: *Typis Wechelianis apud Claudium Marnium & Hæredes Aubrii* MDCIX. nullo urbis nomine adjecto. Quumque in Pariſienſibus exemplis adjiciantur hæc verba, *Cum Privilegio Regis;* in illis eſt, *Cum gratia & privilegio Sacræ Cæſar. Majeſt. ad ſexennium*, & verſa pagina exhibetur ipſum Privilegium *Cl. Marnio & Ioh. Aubrii hæredibus, Civibus & Typographis Francofurtenſibus*, quo magis miror, quod *Hanoviæ* recuſum librum volunt) *a Rudolpho II. Imp.* anno 1608 conceſſum. Ceterum non ovum ovo tam ſimile, quam hæc

Digitized by Google

hæc Exempla sunt illis, qui Parisios Drouardumque in fronte gerunt. Non modo pagina paginæ, linea lineæ respondet; typorum forma usquequaque simillima atque eadem, eadem in minimis rebus ac prorsus fortuitis errata, idem erratorum index: quin par etiam in utriusque generis exemplis inter quæque verba intervallum; nec in uno exemplo litera ulla vel apice aliquo truncata vel alio modo paululum deformata occurrit, quin in altero pariter eadem eodem plane habitu recurrat. Denique, verbo ut absolvam: eadem omnino editio, eadem in officina, eisdem formis, eodem tempore excusa. Scilicet Casaubonus olim, Genevæ adhuc degens, de Polybii editione egerat cum Wechelianis hæredibus, qui illam suis sumtibus Francofurti suscipiendam ei spoponderant, moxque eo nomine officia etiam nonnulla ad Polybium spectantia eidem præstiterant. h) Postquam vero Lutetiam commigravit doctissimus Editor, ubi Bibliothecarii Regii munere functus est; lætus arripiens oblatam opportunitatem, qua impressioni operis ipse præesse ac singula folia accurate corrigere posset, i) negotium suscipiendæ editionis Drouardo detulit; qui, quum frequens cum Francofurtensibus commercium exerceret, nundinasque illius urbis frequentaret, k) cum Wechelianis hæredibus Polybii causa societatem ea lege contraxisse videtur, ut quæ exempla Francofurtum mitterentur, ipsorum nomen in titulo præferrent. Amplissimis *Commentariis* illustrare Polybium constituerat *Casaubonus;* in quibus, præter alia plurima ad illustrandum Auctorem plus minusve facientia, rationem etiam redditurus erat Emendationum, quas sive ex scriptis libris sive ex ingenio depromtas textui intulit: sed tum nimis multa atque ampla meditatur, in longum primo dilata res est, dein prorsus eventu frustrata. Exigua particula inchoatorum Is. Casauboni Commentariorum, non ultra vicesimum Libri primi caput excurrens, at vel sic tamen justam fere libelli molem com-

h) Vide Casauboni Epist. 69. 119 & 120. ad Bongarsium.

i) Casaub. Epist. 562. 567.

k) Idem, Epist. 526. 632. 636. 637.

Digitized by Google

complens, post mortem Casauboni Parisiis anno MDCXVII. chartis octonis separatim prodiit.

7.

Restabat alter Titulus sive Locus, quem de Constantini Eclogio ex Historicis Græcis ad hunc diem repertum dixi, *Excerpta περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας, de Virtutibus & Vitiis* complectens; inter quæ rursus bene multa, minime spernenda occurrebant, quæ ex Polybio ducta erant. Ista Excerpta HENR. VALESIVS ex Codice *Peireſciano*, *cum Verſione Latina* eruditisque *Adnotationibus* edidit *Parisiis* MDCXXXIV, adjecta etiam nova collectione *Fragmentorum Polybii*, ex variis Auctoribus conquisitorum.

8.

Itaque rursus IACOBVS GRONOVIVS, quum a bibliopolis Amstelodamensibus ad curandam, quam parabant, *novam Polybii editionem* admodum juvenis esset invitatus, paratam a Valesio materiam invenit, qua suam illam editionem ditaret, quæ *Amstelodami* MDCLXX tribus voluminibus forma octava prodiit. Ceteroquin ad ipsam *Casaubonianam* per omnia (leviusculas quasdam correctiones si excipias, rarissimis nonnullis locis partim Græco contextui, partim latinæ Versioni adlatas) ad verbum expressa est *Gronoviana* hæc *editio:* ditata tamen, præter Excerpta Valesiana, Is. Casauboni inchoato olim Commentario in Polybium, tum Merici Casauboni Notis, ex Isaaci patris potissimum adparatu excerptis, & Vrsini ad Legationes Notis, Palmeriique in Polybium Exercitationibus, denique adjectis ipsius *Iac. Gronovii in Polybium Notis;* quibus partim loca nonnulla vel corrigere ex conjectura vel illustrare tentavit, partim Casauboni versionem latinam hinc inde supplevit aut emendavit, ad locum etiam unum & alterum in Excerptis Antiquis Lectionem ex Mſ. Codice Leidensi depromsit. Vrsini Emendationes Editioni suæ adjicere consultum non duxit Gronovius.

9. Post

Digitized by Google

9.

Post Valesiana Excerpta de Virtutibus & Vitiis nihil amplius, quod sciam, ex Polybio ductum, quod hactenus latuerit, in lucem fuit protractum, nisi *Fragmentum* illud, satis quidem notabile, *de Obsidione Ambraciæ*, quod idem *Iac. Gronovius*, absoluta jam Polybii editione secum a Valesio communicatum, *Dissertationi Epistolicæ in loca quædam T. Livii*, quæ Tomo secundo Livii Gronoviani adjecta est, pag. 65 & seq. inseruit. Excerpserat illud Fragmentum Valesius ex eodem Codice Regio, e quo jam ab Is. Casaubono, qui *Librum manuscriptum Anonymi Tactici* vocat, fragmenta nonnulla Polybiana fuerant in medium prolata. Est autem HERONIS *junioris* Libellus *de repellenda obsidione;*[l]) qui postmodum cura Thevenoti inter *Veterum Mathematicorum, Athenæi, Apollodori, Philonis, Heronis & aliorum Opera* editus est *Parisiis* e Typographeo Regio MDCXCIII. Sed ad emendandas ex codicibus manuscriptis easdem Historiarum Polybii reliquias, quæ jam erant in publicum evulgatæ, subsidii nonnihil partim superiori etiam seculo depromtum est, *Lectionibus Polybianis MSc. Codicis Augustani* a *Ioh. Henr. Boeclero Argentorati* exeunte eodem anno M. DC. LXX. in lucem emissis, quo ineunte Gronoviana prodierat editio;[m]) partim hac nostra ætate, *Lectionibus Codicis Bibliothecæ Vniversitatis Tübingensis* Tübingæ editis anno MDCCLXXVIII. a *Reussio* Viro clarissimo, tunc Bibliothecæ Tubingensis, nunc Göttingensis Custode. Quorum subsidiorum illud, quod ex Augustano Codice petitum est, simul ad Libros quinque priores Polybii, simul ad Excerpta antiqua ex XII sequentibus

l) Ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάσσεσθαι, καὶ οἷοις ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρούεσθαι.

m) Idem HENR. BOECLERVS nostrâs, decimo septimo anno priusquam Gronoviana prodiret editio, de *nova Editione Polybii Casauboniani*, cui accederent Supplementa Peiresciana atque alia, cogitaverat; jamque Argentorato dimiserat specimina aliquot foliorum ad exemplum Casaubonianum elegantibus typis expressorum; ut docet ipse in Lectionib. Polyb. p. 177 sq. Sed successu caruit illud institutum.

Digitized by Google

tibus Libris pertinebat; hoc, ex Tubingenſi, nonniſi ad eadem Excerpta inde a Libro ſeptimo ſpectabat. *Editio* autem Polybii *Gronoviana repetita* eſt *Lipſiæ anno* MDCCLXIV, tribus voll. ſchedis octonis, *cum Præfatione* IO. AVGVSTI ERNESTI, qui Lexicon etiam Polybianum ſive *Indicem Græcorum verborum* adjecit.

II.

De ratione atque conditione SVPERIORVM EDITIONVM POLYBII, *præcipue quoad* GRAECAE LECTIONIS CONSTITVTIONEM.

Priusquam de conſilio dicam, quod in hac noſtra procuranda Editione Hiſtoriarum Polybii ſumus ſecuti, conſentaneum videtur, ut, *Quid de ratione atque conditione ſuperiorum Editionum, præſertim quoad Græcæ Lectionis ſive Textus*, quam vocant, *conſtitutionem, ad hunc diem fuerit compertum, & quid in eisdem a Viris doctis merito deſideratum eſſe videatur*, paucis exponamus. Sic facilius judicare æquus Lector poterit, ſatisne cauſæ fuerit, novi quidpiam in hoc genere moliendi.

I.

Et OBSOPOEI quidem Editionem, quam eamdem HAGENOENSEM pariter adpellare licebit, ex uno ſcripto Codice eſſe confectam, qui ab Iac. Ottone Ætzelio, cauſarum oratore, quem Norimbergenſem fuiſſe dicunt, Editori fuerat communicatus, ſatis ipſe Editor in Præfatione declaravit. Nam quod locis nonnullis, eisque oppido paucis, lectionem in margine poſuit diſcrepantem ab ea quam contextus habet; non video ſagaciſſimo Reiskio quid acciderit, hinc inferenti, *neceſſe eſſe, plures Polybii Codices ad manus ei fuiſſe, e quibus excerpſerit illas in margine adſcriptas varietates lectionum.*[n]) Poterat enim cogitari,

n) Reisk. in Animadverſ. in Polyb. p. 276 ſq. Idemque in Præf. ad ſua Polybiana, p. 772 & 774.

Digitized by Google

tări, quod Erneſtio judice *in promtu* erat, o) *idem feciſſe Obſopœum, quod ceteri qui ex uno libro ederent ſcriptorem veterem, h. e. quæ vel manifeſte vitioſa eſſent, vel ei tum viderentur, pro facultate correxiſſe, & quæ correctiones certæ viderentur, in textum intuliſſe, ceteris, in quibus dubitatio ſupereſſet, in margine poſitis.* Quibus tamen verbis nollem idem Vir doctiſſimus hæc ſubjeciſſet: *nam aliter intelligere lectiones marginis qui poſſumus, cum uno codice uſum conſtet?* Quaſi vero non potuerit Editor diſcrepantes illas lectiones eodem etiam modo in ora ſcripti libri, quo uſus eſt, adnotatas reperire: quod ſane in quam plurimis antiquis codicibus, ſive a diverſa manu, ſive ab eodem librario, paſſim factum videmus. p) Habet autem illa princeps editio cum omnibus, quæ ex uno veteri libro, in illis præſertim renaſcentium Græcarum literarum incunabulis, ductæ ſunt, hoc commune, ut innumerabilis cujusque generis erroribus atque maculis ſcateat; aliis quidem levioribus, & facile detergendis; ſed ſane quam plurimis ejusmodi, in quibus eluendis vel exercitatiſſimum ingenium fruſtra fatigetur. *Ipſe codex* Obſopœi, e quo ſi hodienum conſuli & ſecundis curis tractari poſſet, multi haud dubie errores, qui in illam editionem irrepſere, feliciſſime tolli poſſent, *quo pervenerit, neſciri* conqueſtus eſt Reiskius. q) Ceterum fides ac diligentia & dexteritas Editoris haud obſcuræ videntur: & quod ſi præſertim locorum cogitemus intervallum, quo prohibitus eſt ne dirigere typothetæ laborem corrigereque errata ipſe poſſet; mirari ſane ſubit, quod non multo magis etiam male affecti Libri illi Polybiani primum tunc in publicum prodierint; ſimulque intelligitur, non nimis miſere depravatum fuiſſe Codicem, unde illos depromſit Obſopœus. Quare etiam non paucæ lectiones in hac editione reperiuntur probatiſſimæ, & ex hac.

o) Erneſti in Præfat. ad Polybium p. XIII.

p) Eaque ratione omnes, quas Obſopœus in margine habet, lectiones ex ora unius ejusdemque Codicis ductas eſſe, ipſa Codicis inſpectio nos docuit. Conf. infra, Sect. IV. n. 1.

q) Præf. ad ſua Polybiana, p. 772.

Digitized by Google

hac in Basileensem transierunt, a quibus temere deinde discessit Casaubonus: rursusque multa passim probarum lectionum vestigia supersunt, paululum quidem obscurata, quæ, non satis perpensa, deserens idem vir doctissimus, longius interdum & a verbis & a sententia auctoris aberravit. Quorum generum ex utroque bene multa loca opportune sunt a *Ioh. Iac. Reiskio* in *Animadversionibus in Polybium* [1]) adnotata, qui haud raro veram germanamque scripturam, vel ex ipsa hujus Editionis lectione, vel ex veri vestigiis quæ illa servaverat, Polybio sagacissime rectissimeque restituit.

2.

In HERVAGIANA sive BASILEENSI *Editione* quid sit præstitum, ARLENIVS in *Præfatione ad Diegum Hurtadum Mendozam, Cæsaris* (Caroli V.) *apud Paulum III. Pont. Rom. legatum,* his verbis exposuit: *Libros quinque priores, quorum editionem ante annos aliquot docto viro Vincentio Obsopœo debebamus, jam ad manu scriptos codices collatos, una cum sexto propemodum integro damus, multo tum castigatiores, tum alicubi plenius instructos. Quibus ex domestica Tua bibliotheca duodecim consequentium librorum Epitomen (quam a Corcyra, ex doctissimi senis Iani Moschi libraria supellectile nactus eras) nunc primum adjecimus.* Quosnam vero ad manuscriptos Codices exemplum Obsopœi fuerit in usum Hervagianæ Editionis collatum, quum aperire non dignatus sit Arlenius, lucem deinde aliquam afferre potuit Epistola *Codici Augustano* a Xysto Betulejo, Scholæ Augustanæ per id tempus Rectore & Bibliothecario, præfixa, quam in Lectionibus Polybianis retulit Bœclerus p. 164. Cujus hoc est exemplum: *Xystus Betulejus candido Lectori S. Cum hoc Codice contulimus illud exemplum, quo usus est Hervagius in editione Polybiana. Facta est hinc accessio ad illam editionem minime pœnitenda. Quæ autem in Hervagiano exemplari, quod hoc nostro*

1) Volumine quarto Animadversionum ad Græcos Auctores.

Digitized by Google

noſtro melius erat, auctiorem inveniebantur, Marginibus his noſtris annotavimus.[s]) . . *Noſtra poſt collatione in transferendo uſus eſt W. Muſculus, cum Tiguri exularet. Facta eſt collatio in hyeme anni 1548.* De aliis codicibus manuſcriptis, præter Auguſtanum, cum quibus (ut indicare videtur Arlenius) collatum fuerit exemplum Hervagianum, nihil compertum eſt. Sed ne certum quidem eſt, plures fuiſſe adhibitos. Nempe moris olim fuit, *manuſcriptos Codices*, perinde ac ſi plures eſſent, in titulis præſertim librorum jactare, ubi non niſi unus fuerat in uſum vocatus. Sic memini Hœſchelium, virum minime ceteroquin vanum, cum Appiani Hiſtoriam Illyricam ex codice Auguſtano ederet, unico quem viderat atque noverat, ſimiliter in titulo ſcribere *e Codd. MSS. Reipubl. Auguſtanæ*. Ceterum ſi quærimus, quid vel quale ſit, quod ex Auguſtano illo codice profecerit editio Baſileenſis; ex Bœcleri Lectionibus Polybianis intelligere licet, bene multas probas atque veriſſimas ineſſe Codici illi Lectiones, quas nec in contextu expreſſit editor Baſileenſis, nec in margine adnotavit: ex collatione autem Baſileenſis cum Hagenoënſi editione adparet, in corruptas quidem Lectiones plerumque conſentire utramque; nec tamen ita raro ab Hagenoënſi Baſileenſem, ſubinde quidem recte atque merito, ſed non minus ſæpe perperam atque prava ratione diſcedere; mox quidem nulla lectionis varietate in margine notata, mox ſcriptura manifeſte vitioſa in contextum recepta, melioreque ad oram libri relegata, mox rurſus eadem ora apertiſſimis erroribus onerata, ubi de veritate lectionis, quam cum Obſopœo tenet Contextus, nulla poterat dubitandi cauſſa ſubeſſe. Quod autem *plenius alicubi inſtructos* in hac editione libros priores Arlenius dicit, id pertinet ad inſignem aliquam lacunam, quæ, cum in Obſopœi editione Libro I. cap. 19 ſq. fuiſſet, in hac ex Auguſtano codice ſuppleta eſt: ac neſcio, an etiam *Libri ſexti Epitomen* reſpiciat, quæ & initio & in fine

s) Vide infra, Art. IV. n. 2.

Digitized by Google

fine multum auctior est apud Hervagium, quam fuerat apud Oporinum. Sed undenam illud initium & finem Epitomæ sextæ habuerit Hervagius, ex proprio-ne codice manuscripto, an ex solo Augustano,[t]) non declaravit Arlenius. Nam de *Mendozæ* quidem Codice, e quo ceterorum Librorum Epitomæ ductæ sunt, ita differit, ut satis intelligatur, illum a *septimi* demum *Libri* Epitome initium sumsisse.[u])

3.

Eximie haud dubie & præclarissime de Scriptore nostro FVLVIVS VRSINVS commeruit. Nam sicut per se maximi momenti & plurimæ utilitatis sunt Eclogæ *de Legationibus*, quas illi debemus; sic in eis emendandis illustrandisque, & cum Livio conferendis, cum doctrina hujus viri atque industria, tum præsertim ingenium, singulariter elucet. Certe quum Codex manuscriptus, quem ab Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi missum acceperat, infinitis pæne mendis (quod & ipse profitetur, & ex ejus Adnotationibus satis adparet) esset corruptus; longe maximam monstrorum illorum partem, veluti divina quadam arte, felicissime sustulit Fulvius, ac veram Polybii nobis restituit scripturam. Sed merito in eodem viro reprehendit Reiskius,[x]) quod, *qua plerumque usus est cautione, ut sui codicis mendas fideliter atque diligenter indicaret, eadem non ubique voluit uti.* Nam quum fieri non posset, quin in tanto Emendationum ex mera conjectura adhibitarum numero multæ essent, quæ specie quidem aliqua sese commendarent, sed longe etiamnum abessent a vero: (cujus generis complures ab Reiskio notatæ sunt, in quibus *aut sana,*

t) Loco, quem superius citavimus, videtur significare Arlenius, totam Epitomen sextam *Parisiis apud Io. Lodoicum* fuisse excusam: quod si ita est, (quod mihi hactenus non liquet,) hinc primum eam sumsisse putandus fuerit Editor Basileensis.

u) Confer quæ de *Codicibus MSStis Excerptorum antiquorum* dicentur in Præfatione Tomo secundo hujus Editionis Polybii præmittenda.

x) Præfat. ad Polybiana, p. 779 sq.

Digitized by Google

sana, ut ait ille, *ultro vitiavit Vrsinus, aut vitiosa in pejus mutavit;*) quoties quidem in Adnotationibus indicavit Editor ipsam codicis scripturam, toties de pretio emendationis judicium facere eruditus lector potest; sed ubi nihil aliud nos docere dignatur, quam *se locum istum ex ingenio emendasse*, quod haud ita raro Vrsinus facit, tum quidem nullam nobis facultatem judicandi, Vrsinum-ne an Polybium legamus, relinquere voluisse videtur. Sed vel sic tamen subinde satis adparet, minus feliciter emendata esse ejusmodi loca; quamquam melius nihil tentare ipsi possimus, quandoquidem codicis lectionem, qui veri fortasse vestigia monstrare nobis poterat, ignoramus. Similis est ratio *Emendationum in Polybium Hervagianum* ab eodem Vrsino editarum; quae sicuti numero sunt plurimae, neque ad leviora solum editionis Hervagianae sphalmata, sed ad graviora etiam quaeque vulnera Polybio a librariis inflicta pertinent, sic pondere atque momento pleraeque excellunt ac maximi utique sunt faciendae: quemadmodum & Casaubonus fecit, in bene multis presso pede Fulvii vestigia secutus. Istarum igitur Emendationum nonnullis quidem notam adjecit Vrsinus, qua monet *ex vetere scripto libro* esse ductas; ad aliasque complures monuit, suo *ex ingenio* esse prolatas: sed longe maxima pars, & in his multae, quae unde ductae essent plurimum nostra intererat non ignorare, nullam adjectam notam habent; quo fit, ut incerti, quid de illis statuendum sit, haereamus.y)

4.

Is. CASAVBONVS, quum jam ante annum MDXCIV ad recensendum Polybium & nova editione illustrandum adplicuisset animum;z) praeclare intellexit, absque codicum subsidio manu exaratorum vix posse quidquam, quod operae esset pretium, in eo genere confici. Itaque plenae

y) Conf. infra, Sect. IV. n. 7.

z) Vide ejus Animadverss. in Suetonii Tiberium cap. 65. & conf. Epistolam 21. ejusdem Casaub. ad Bongarsium, datam mense Decemb. 1694. & Dedicationem Suetonii ad Philippum Canaium a Fraxinis.

Digitized by Google

ſunt ejus Epiſtolæ ad amicos atque fautores precum & hortationum, quibus ſubſidia hujusmodi ab illis flagitavit. a) Nec ſpem eventus fefellit. Quinam autem ſint *Codices Manuſcripti, quorum in recenſendo Polybio copia fuit Caſaubono*, docet ipſe ſuis verbis: b)

„*In prima Parte* (id eſt, in quinque prioribus Libris) *uſi ſumus libro Regiæ Bibl. elegantiſſime deſcripto, ſed manus recentiſſimæ: cui parilem dono dedit nobis olim vir nobilis Antonius Verderius Lugdunenſis, ſed in quo tres poſtremi libri deerant.* c) *His duobus vetuſtior eſt ſæculo uno vel altero, quem nacti ſumus e bibliotheca Sereniſſimi Principis, Bavariæ Ducis.*“ d).

„*In ſecunda Parte* (id eſt, in Excerptis Antiquis) *uſi ſumus libro ms. Regiæ Bibliothecæ non admodum bonæ notæ. Item vetuſtiſſimis membranis, Epitomen continentibus librorum XVII primorum, e bibliotheca Seren. Principis, Vrbini Ducis.* e) *Suggeſſit & V. Cl. atque doctiſſ. Franciſcus Pithœus exemplar hujus partis ms. quod deprehendimus eſſe illud ipſum, unde Baſileenſis editio fuerat deſumpta. Acceſſit poſtea aliud e libraria viri ampl. Io. Iacobi Memmii. His duobus ſimile eſt tertium, quod nuper edito jam Polybio ſuggeſſit ultro e ditiſſima ſua bibliotheca Ill. Card. D. Joyeuſius, Rothomagenſis Archiepiſcopus.*“ f)

„*In tertia Parte* (id eſt, in Excerptis de Legationibus) *multa emendavimus nec pauca ſupplevimus e codice ms. περὶ Πρεσβειῶν viri eruditiſſimi Andreæ Schotti; qui etiam fragmenta quædam e Theodoſii Parvi Excerptis deſcripta ad nos miſit; quæ tamen vulgata prius fuerant, verum aliis locis, quædam etiam in II. parte. Eorumpſe excerptorum tomum primum invenimus in ſplendidiſſima librorum ſupellectile . . . Iacobi Auguſti Thuani. Certe in prima fronte ejus libri erant hæc verba, etſi diverſæ manus, Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν, Θεοδόσιος ἐστὶν ὁ μικρός. de quo plura in Commentariis.*“ g)

His

a) Vide Epiſt. 50. 65. 69. 89. 93. 95. 103 &c. & Dedicationem Polybii ad Henr. IV. Tomo III. edit. Gron. p. 57. (ed. Ern. p. 654.)

b) Poſt Præfationem, Tomo III. edit. Gron. p. 82. (edit. Ern. p. 324.)

c) Quales ſint illi codices, infra videbimus Sect. IV. n. 11. 12.

d) Vide Sect. IV. n. 1.

e) Eumdem Codicem in Dedicatione Polybii his verbis laudavit Caſaubonus: *Non parum*, inquit, *inſtituto noſtro codex ille, quo vix alium antiquiorem hodie putem extare, fuit utilis.* De eodem uberius infra dicemus Sect. IV. n. 6.

f) De his Codicibus differemus in Præfat. Tomo IIdo præmittenda.

g) Conf. eamdem Præfat. Tomi II. noſtræ editionis.

Digitized by Google

His igitur præſidiis munitus Vir doctrina atque ingenio excellens, quum in ſuperioribus Editionibus eſſent *pleraque*, ut ait in Dedicatione ad Henricum Regem,[b]) *miſerandum in modum corrupta; nos*, inquit, *pro copia librorum veterum atque ingenii ſanavimus*. Ac ſane, quantum ſit, quod eruditæ atque ſagaci hujus Editoris induſtriæ debeat Polybius, nulla eſt pagina, ac præſertim in Excerptis Antiquis quæ vocavimus, quæ non abunde declaret. Sed vel ſic plurima ſupereſſe loca oppido manca aut mendoſa, quæ vel ex melioribus codicibus, ſi qui conſulerentur, vel probabili etiam conjectura emendari poſſent; multa item a Caſaubono eſſe mutata atque in alienum plane ſenſum detorta, quæ vel recte erant poſita in ſuperioribus editionibus, vel multo leviori ac diverſa prorſus indiguerant medicina, & luculentis & frequentibus exemplis Reiskius in ſuis ad Polybium Animadverſionibus demonſtravit. Tum vero quoniam, ut jam ſupra monui, neſcio qua cauſa dedignatus eſt doctiſſimus Editor principem Obſopœi editionem in conſilium advocare; paſſim factum eſt, ut manifeſta errata editionis Baſileenſis vel intacta relinqueret, vel aliena ratione mutaret. Denique quum optandum utique fuerit, ut priores præſertim quinque libri (e quibus, quoniam ſoli ſunt quos integros habemus, & ſtylus Polybianus & tota hujus Scriptoris ratio potiſſimum debet cognoſci) ſingulari præ ceteris cura ex optimis Codicibus eſſent emendati; ſane non nimis lætabile eſt quod de ſcriptis libris, quorum in hac parte copia fuit Caſaubono, ipſe declarat. Nam codicem Regium, quo uſus eſt, *recentiſſimæ manus* fuiſſe profitetur: & quum ſimul ait, *elegantiſſime fuiſſe deſcriptum;* intelligi poterat, eſſe eumdem codicem, quem ab Aug. Vergerio Calligrapho, decimo quinto demum anno poſt editum ab Obſopœo Polybium, in ipſa urbe Pariſiorum deſcriptum eſſe, ex Catalogo MStorum Bibliothecæ Regiæ diſcimus. Alterum vero Codicem, qui non niſi duos priores Polybii Libros continet, quem dono ſibi datum narrat Caſaubonus,

b) pag. 57. ed. Grön. p. 654. ed. Ern.

Digitized by Google

non melioris fuisse notæ, haud obscure significavit. Denique de Bavarico Codice ita frigide loquitur in Dedicatione ad Henricum Regem,[i]) ut facile intelligatur, parum ex illo profecisse Casauboni editionem, sive quod parum in illo subsidii fuit, sive quod negligentius eum tractavit Editor, aut quod serius accepit. Quæ cum ita sint, quandoquidem plurimum tamen differt Casaubonianus Contextus a Basileensi, consequens erat, ut suspicaremur, & pauca & dubiæ auctoritatis esse, quæ in prioribus quidem quinque Polybii libris *a manuscriptis codicibus* accepisset Casaubonus; longe vero plurima partim e sua *conjectura*, partim ex Vrsini ingenio (quem in bene multis, ut supra docui, secutus est) fuisse a docto hoc Editore mutata. Ceterum & in his prioribus libris, & in reliqua omni Casauboniana Polybii recensione, id certe requirebatur, ut, quid meræ conjecturæ debeatur, quid scriptorum librorum, quibus usus est Editor, testimonio confirmetur, docerentur Lectores. Atque id ipsum quidem cognoscere discernereque, plerisque saltem in locis,[k]) nobis liceret, si institutos a Casaubono Commentarios haberemus. Sed quum nec id, quod de illis Commentariis in lucem est editum, ultra vicesimum libri primi caput progrediatur, & oppido pauca sint huc facientia, quæ posthac Mericus Casaubonus ex schedis paternis supplevit;[l]) supereſt, *ut*, quemadmodum Reiskius ait, *quæ Polybii oratio hodie, a Casaubono inde, inter manus doctorum hominum versatur jactaturque, nulla certa nitatur*

i) Tom. III, edit. Gron. pag. 57. (p. 654. edit. Ernesti;) ubi sic: *Juvit postea aliquid & exemplar seven. principis Maximiliani Bojorum ducis.*

k) Non ubique id curaturum fuisse Casaubonum, intellexi ex inchoatorum Commentariorum fragmento quod editum est: in quo ad loca nonnulla, ubi ex mera conjectura, eaque non necessaria, a lectione, in quam scripti libri cum editis consentiebant, recesserat Casaubonus, nec lectionem, quam deseruit, memoratam video, neque quidquam de facta mutatione monitum.

l) In *Notis in Polybium*, quæ Gronovianæ editioni primum adjectæ sunt: ubi subinde etiam conjecturas nonnullas, quas in contextum quidem non receperat Isaacus pater, sed in versione latina tamen expresserat, ex ejusdem schedis græce protulit.

Digitized by Google

nitatur auctoritate vetustorum codicum, sed in sola Casaubonini nominis dignitate conquiescat.[m])

5.

GRONOVIANA *Editio*, quamquam & accessiones ad illustrandum Polybium minime spernendas exhiberet, & in titulo hæc etiam verba gereret, *Iac. Gronovius recensuit;* tamen, ut monuit Ernestius,[n]) utque res ipsa declarat, *eo usu pertinuit, ut Textus ad scriptos & editos libros recenseretur & corrigeretur, quod debet esse primum.* Atque id ipsum perspecte intelligens *Gronovius*, tantum abfuit, ut in prima illa Polybio navata opera adquiesceret, ut protinus inceperit & in peregrinationibus paulo post susceptis librorum manuscriptorum subsidia solicite circumspicere, & omnis generis materiam atque præsidia sibi parare, quibus instructus emendatiorem posset Polybium in lucem producere, si *novam* hujus Scriptoris *editionem* procurare licuisset. Itaque Londini, quo statim post absolutam Polybii editionem profectus est, ex exemplo editionis Basileensis quo usus erat Is. Casaubonus, (eodem, e quo jam nonnulla depromserat Mericus filius in Notis a Gronovio editis) multiplicem observationum ad Polybium pertinentium materiem, ab eodem Casaubono congestam, atque in ora illius exempli simul cum Lectionibus Codicis msti Vrbinatis adnotatam, descripsit.[o]) *Indicem* etiam *Græcitatis Polybianæ*, ab eodem, ut videtur, Isaaco Casaubono inchoatum, & a filio Merico continuatum atque perfectum, ex Casauboniano ad Polybium Adparatu accepit.[p]) Tum

m) Reisk. Præf. p. 786. Conf. eumdem ibid. p. 784 sq. & Ernest. Præf. p. XVII. sq.

n) Præfat. p. XVIII.

o) Omnes istas Adnotationes, ex Ore *Basileensi* (sic enim cum Merico Casaubono adpellare brevitatis causa licebit) descriptas, in singularem libellum in forma octava retulit Gronovius, in cujus fronte hæc scripsit: *Editionem Polybii Basileensem, Is. Casauboni manu conscriptam, & Bibliothecæ Oxonienſi donatam, mihi commendavit Mericus Casaubonus, ut ad Bibliothecarium curarem. Quod feci, descriptis antea marginibus, atque in hunc fasciculum collectis. Londini a. 1670. Iacobus Gronovius.*

p) Is Index hodie compactus est cum Tomo tertio exempli Polybii Grono-

Digitized by Google

Oxonii manuſcriptos nonnullos codices, de quibus inferius dicam, q) excuſſit, & diſcrepantes Lectiones ad oram exempli ſuæ editionis adſcripſit. Pariſiis dein ex illo codice Regio, qui olim ipſius Iſ. Caſauboni fuerat, & duos priores Polybii Libros continebat, Lectiones excerpſit, & ad ejusdem exempli ſuæ editionis marginem, una cum Bœcleri Lectionibus ex Auguſtano codice excerptis, adnotavit. Ceterum eadem in urbe in Henr. Valeſii familiaritatem admiſſus, de locis vel corruptis vel difficilioribus Polybii ſubinde cum docto illo viro diſſeruit, & ab eodem Fragmenta nonnulla ad Polybium pertinentia, ex Heronis libro de repellenda Obſidione excerpta, r) accepit. Florentiæ porro in Italia ex tribus vel quatuor codicibus manuſcriptis, partim ad quinque priores Libros, partim ad ceterorum Excerpta, lectionis diverſitatem enotavit, atque in alio exemplo ſuæ editionis, diverſo ab illo, quod ſupra commemoravi, conſignavit. Denique & domum reverſus, idemtidem Polybii ſtudium reſumens, variarum obſervationum ſylvam, ad emendandum vel illuſtrandum hunc Scriptorem pertinentium, ac ſupplementum Notarum in Polybium olim a ſe editarum, vel exemplis ſuæ editionis adſcripſit, vel in peculiares ſchedas digeſſit. Qui *ADPARATVS GRONOVIANVS AD POLYBIVM*, quum diu in obſcuro latuiſſet, tandem cura & opera DAVIDIS RVHNKENII Celeb. Viri haud ita multos ante annos in *Bibliothecam publicam Vniverſitatis Lugdunenſis Batavæ* eſt illatus: cujus ex Bibliothecæ theſauris idem Vir Illuſtris, poſtquam conſilium noſtrum de Polybio ad veterum Codicum fidem recognoſcendo emendandoque cognovit, pro ſingulari ſua humanitate, ac juvanda-

Gronoviani Bibliothecæ Lugdunenſis. Paginæ in eo referuntur ad editionem Caſauboni. Accedit ſupplemenrum, non compactum, *Polybiana Peireſciana*, ut fert inſcripto, comprehendens, id eſt, Indicem Græcorum verborum in Excerptis de Virtutibus & Vitiis occurrentium; cujus paginæ ad editionem Henr. Valeſii referuntur.

q) Vide Sect. IV. n. 11. & Præfat. Tomi II. noſtræ editionis.

r) Conf. Sect. I. n. 9.

Digitized by Google

vandarum ornandarumque harum literarum liberaliſſimo ſtudio, quidquid eſt quod ad Polybium a *Iac. Gronovio* collectum reperiri potuit, ultro nobiscum communicatum voluit, atque totius illius Adparatus uſum fidei noſtræ commiſſum.

6.

LIPSIENSIS *editio*, quæ *Io. Auguſti* ERNESTI celebre nomen in fronte gerit, & nitida ſatis eſt, & uſu commoda, & ab operarum erratis diligenter purgata. In erudita Præfatione, qualis ab illo Viro exſpectari poterat, multa notatu digna, quæ ad Polybium ſpectant, opportune monentur. Lexiconque Polybianum, ſive Index Græcorum verborum, quamquam multa, quæ adnotari merebantur, fruſtra in eo quæras, nonnullaque haud ſatis feliciter ſunt expoſita, alia denique ex mendoſa Lectione, quæ vulgo circumfertur, inſerta ſunt, plurimam tamen habet utilitatem: veriſſimaque laus eſt, quæ eidem in inſcriptione tribuitur, multa Polybii loca in eo emendari, explicari illuſtrarique. De *græco* vero *Polybii Contextu* latinaque Verſione ſi quærimus: quum nullum aliud fuerit conſilium, niſi ut Gronovianum renovaretur exemplum, s) quod ipſum ex Caſauboniano erat expreſſum; ipſe Præfator laudatorque hujus Editionis Erneſtius ſatis graviter de eis rebus verba fecit, quæ & in græco & in latino Polybio, qui ad hunc diem in manibus hominum verſatur & in illa Editione repetitus eſt, deſiderantur; luculenterque demonſtravit, quam vehementer eſſet optandum, ut Scriptorem hunc novo ſtudio ex ſcriptis Codicibus aliisque præſidiis corrigendum expoliendumque aliquis ſuſciperet. t) Quam operam quum idem Erneſtius a Petro Weſſelingio, cui Diodorum Herodotumque inſtauratos debemus, aut ab huic ſimillimo viro navatam Polybio olim cupivit; u) perſpecte vidit Vir doctus, quali patrono vindiceque dignus eſſet nobiliſſimus Scriptor. Ac ſane, ſi quem virum ita & ab ingenio & a

s) Vide Erneſt. in Præf. p. XI.
t) Ibid. p. XIX ſeq. & p. XXIII.
u) Ibid. p. XIX.

Digitized by Google

doctrina instructum, qualem Ernestius itemque Reiskius Editorem voluerant esse Polybii, suscipientem vidissemus illud negotium; nos quidem, conscii nostræ mediocritatis, idem audere numquam in animum induxissemus. Nunc, quum deserta jaceret provincia, postquam operam nostram Appiano nuper præstitam haud inutilem rei literariæ æquis æstimatoribus visam esse intelleximus, Polybio similem ferre opem, quoad nostræ vires paterentur, decrevimus. Ac quoniam non modo ad id tempus, quo jam multum in hoc incepto eramus progressi, sed & ad ipsum hunc diem, nihil de cujusquam consilio eamdem capessendi provinciam accepimus; fortiter institutum nostrum sumus persecuti, de quo nunc paucis exponemus. Nam quæ *Oxoniæ* jam dudum prela exercet *nova Polybii Editio*, quæ superiori anno in lucem debuerat prodire, eam *& in græco Contextu & in latina Versione* nihil nisi *Ernestinæ*, id est, Casaubonianæ atque Gronovianæ *Editionis esse repetitionem*, pridem per Tyrwhittum doctissimum humanissimumque Virum, cujus obitum Græcis præsertim literis funestum paulo post Musæ omnes deflerunt, certior eram factus. Ceterum satis habeo exploratum, discrepantias quidem atque aberrationes omnes duarum principum Editionum, Hagenoënsis & Basileensis, tum Lectiones Codicis Augustani a Bœclero editas, Emendationesque & Conjecturas Vrsini, Gronovii, Reiskii, omnia promiscue & nullo selectu Contextui subjecta exhibere Oxoniensem illum Polybium; ex manuscriptis autem Codicibus, præter illas quas dixi Augustanas Lectiones, nihil accessisse, quod vel ad dijudicandum vel ad emendandum Textum Casaubonianum valeret.

III.

Novæ HVIVS EDITIONIS *præcipuum Consilium.*

Nos igitur in suscipienda hac opera, quam Polybio dicavimus, cum alia quidem nonnulla commoda spectavimus Lecto-

Digitized by Google

Lectorum; tum vero hoc præcipue ſumus ſecuti, ut *ex Veterum Librorum maxime auctoritate, &*, ſicubi illa deficeret, *ex probatiſſimis doctorum Virorum Conjecturis emendatiſſimum*, quoad fieri poſſet, ac nativæ ſuæ puritati integritatique reſtitutum, *quidquid Hiſtoriarum Polybii ſupereſt*, daremus. Cum quo ſimul illud voluimus eſſe conjunctum, ut materia ſuppeditaretur facultasque omnibus, qui tractandorum Scriptorum græcorum uſum aliquem haberent, ut *de tota ratione ac conſtitutione Textus Polybiani*, quem exhiberemus, & de ſingulis ejus partibus, per ſe ipſi facere judicium poſſent.

Ad iſtud igitur conſilium pertinere hoc primum nobis viſum eſt, ut *& inter ſe conferrentur ſuperiores Editiones, & ad Codicum manuſcriptorum normam*, tam eorum ipſorum (quatenus liceret) quibus uſi eſſent priores Editores, quam optimorum quorumque aliorum, *diligenter exigerentur*. Cujus laboris duplicem fore fructum intellexi-mus: unum, ut in ſuperioribus editionibus quid ex vetuſtis Libris ductum ſit, quid ex Editorum ingenio ſive in melius ſive in pejus fuerit mutatum, denique quid vel ex operarum etiam errore vel alio quodam caſu irrepſerit, planius poſſemus diſcernere: alterum fructum, ut ex diverſarum Lectionum copia, quas veteres ſubminiſtrarent Codices, feligere liceret quæcumque perſanandis ac reſtituendis locis, quæ ad hunc diem corrupta vel defecta vulgo legebantur, inſervirent. Quandoquidem vero facile adparebat, multa ſuperfutura loca, quibus non niſi ex conjectura, plus illa minusve certa aut evidenti, remedium poſſit adferri; conquirendum ſimul adnotandumque putavimus quidquid eſſet, quod doctorum Virorum ſagacitas, ſive ex inſtituto id agentium, ſive in transcurſu, ad emendanda male habita Polybii loca protuliſſent: eisque virorum doctorum conjecturis quin noſtras adjiceremus, ſi quæ occurrerent quæ inſigni aliqua veri ſpecie vel ipſa evidentiæ luce commendabiles viderentur, non duximus dubitandum.

Ceterum

Digitized by Google

Ceterum istum diversarum Lectionum & Emendationum ex conjectura prolatarum adparatum nonnisi tamquam ad spectaculum producere, & corruptissimam interim quamque aut invitis manuscriptis temere invectam Lectionem, utut parata adesset medicina, intactam tamen in Contextu relinquere, exiguae res utilitatis semper nobis visa est; qua neque dignitati Scriptoris, in quem curam suam contulerit Editor, neque Lectorum usui atque commoditati satis esset consultum. Itaque ad instituti nostri caput atque summam eam, quam paulo ante significavimus, hoc ipsum porro vel maxime pertinebat, ut, ubicumque & manifeste corruptum visum esset id quod in Casauboniano Contextu invenissemus, & simul aut certa aut valde probabilis visa esset Emendatio, quae vel ex scriptis Libris vel ex conjectura rationibus criticae artis nixa suppeteret, ibi *Emendationem illam*, proscripto errore, *in Contextum adoptaremus:* atque multo etiam magis, ut, ubi temere vel If. Casaubonus vel priores Editores discessissent a veterum librorum vera aut vero proxima lectione, ibi, rejecta intempestiva correctione, quae interdum a Scriptoris sententia prorsus aberrabat, Polybio quod suum esset postliminio restitueremus.

Sed ut de ratione, qua in emendando constituendoque Textu Polybiano essemus versati, eruditus quisque Lector per se ipse judicare, atque, ubi opus videretur, meliora certioraque ad expoliendum hunc Scriptorem facilius seligere exquirereque posset; intelleximus, *omnem Lectionis varietatem* ex superioribus editionibus atque ex manuscriptis libris excerptam, nec non *Conjecturas* pariter *virorum doctorum* illas, quae speciem aliquam haberent, nec a nobis in Contextum essent adoptatae, in medium tamen esse proferendas. Atque id quidem rectissime commodissimeque ita nos facturos fuisse poterat videri, si omnem nostrum ex eo genere adparatum infra Contextum statim oculis Lectorum subjecissemus. Quod duabus de causis non fecimus. Prima, quod tanta saepius erat variarum Lectionum

Digitized by Google

rum & Conjecturarum adnotandarum copia, ut in his prioribus Editionis noſtræ voluminibus, quibus Textum Polybianum cum Latina Verſione continua ſerie exhibere placuit, nimium ſpatii fuiſſent iſtæ notationes occupaturæ. Altera cauſa, quod ne ſic quidem ſatis conſultum intellexi-mus uſui atque commoditati Lectorum. Namque diſtur-bat inter legendum & obruit promiſcua diſcrepantium Le-ctionum Emendationumque multitudo oculis Lectorum ſubjecta; neque fere aliam vim habet, niſi ut, dum omnia profunduntur, & in his multa non neceſſaria, nec per ſe quidem magnopere utilia, plerumque etiam reliqua, quæ attentionem utique merebantur, aciem effugiant legen-tium.

Itaque *diſcernenda duo genera* duximus *Notationum, ad varietatem Lectionis aut ad Emendationes ex conjectura propoſitas ſpectantium.* Nam quum & diſcrepantium Le-ctionum & Conjecturarum unum genus ſit ejusmodi, ut, quamvis vel per ſe veri aliquam ſpeciem habere poſſint, vel alia quacumque de cauſa adnotari mereantur, tamen nec cum illa Lectione, quæ in Contextum recepta fuerit, probabili ulla ratione poſſint conferri, neque dubitationem ullam de illius veritate debeant cuiquam lectorum movere: nec hoc quidem genus abeſſe debere putavimus ab ea edi-tione, quæ copioſam materiam ad judicandum de tota con-ſtitutione Textus Scriptoris exhibere profiteatur; ſed neque opus eſſe, nec admodum ex uſu rati ſumus, ut hujus ge-neris Notationes inter legendum oculis conſtanter ſubjectas habeat lector Polybii. Quare ſatis eſſe duximus, ſi hoc genus Notationum *Commentariis* noſtris & *uberioribus Ad-notationibus*, quæ *ſeparatim duobus voluminibus* huic Edi-tioni adjicientur, inferatur; ubi ſimul, quoad quidem opus fuerit viſum, cauſæ exponentur, cur Lectio, quam in Con-textu exhibuimus, citra dubitationem fuerit præferenda, & cur diverſæ lectionis aut conjecturæ nulla fuerit ratio in conſtituendo Textu habenda.

Sed

Digitized by Google

Sed *aliud* eſt *genus diſcrepantium Lectionum*, quibus tantum ineſt momenti, ut *in eis fortaſſe ipſe Editor dubius fuerit*, aut dubius eſſe quodammodo debuerit, ſint-ne ipſæ per ſe amplectendæ, & in Contextum, rejectis æmulis, adoptandæ? aut, an inſint eis veſtigia ſaltem (obſcurata quidem illa, ſed ſagacioribus fortaſſe aut doctioribus non prorſus obſcura) aliarum Lectionum, quæ cum his, quas probaverit Editor, de principatu utique poſſint contendere? Eodem pertinent *Lectiones quamvis manifeſte corruptæ veterum Codicum in eis locis, quæ ex Conjectura ſunt ab Editore emendata.* Nam quamvis evidens videri poſſit Emendationis adhibitæ ratio; tamen, quoniam uſu venit ſubinde, ut vel oculatiſſimus ſagaciſſimusque lubricam veri ſpeciem pro ipſa veritatis luce arripiat; cogitare ſemper debebit Editor, fieri poſſe, ut vel minus, quam ſibi viſum fuerit, corruptus ſit locus; vel ut in alia orationis parte, de cujus integritate ipſi nunc non ſuccurrit dubitare, cubet mendum; vel ut longe diverſam ab ea, quæ nunc ipſi unice neceſſaria videtur, requirat medelam. Similiter inter conjecturas a viris doctis ad ea loca propoſitas, quæ vel ſana judicaverit Editor vel diverſo modo emendanda, ſunt Conjecturæ ejusmodi, quas negari non poteſt inſigni veri ſpecie eſſe præditas & dignas utique quarum ratio habeatur. Igitur quidquid nobis innotuit ſive diſcrepantium Lectionum ſive Conjecturarum, quod ad alterum hoc genus pertinere viſum eſt, id ita adnotandum putavimus, ut *quaque pagina ſimul cum Contextu noſtro Polybiano oculis Lectorum ſtatim ſubjiceremus.*

Atque ut interim, dum uberiores noſtræ Adnotationes prodierint, planius intelligatur ratio, quam in *ſelectu horum brevium Scholiorum faciendo* tenuerimus; paulo etiam enucleatius Leges eas, quas hujus rei cauſa nobis ipſi præſcripſimus, exponemus. Scilicet 1°. Vbicumque aut ſcripti Libri aut aliqua ſuperiorum Editionum exhibebant Lectionem, quæ, cum a nobis in Contextum non fuerit recepta, tamen vel per ſe inſignem aliquam ſpeciem veritatis habere,

Digitized by Google

habere, vel probabilis alicujus Lectionis continere vestigia videri poterat: ibi eam Lectionem continuo infra Contextum adnotavimus, ut in promtu atque ad manum esset Lectori, si cui ea magis arrideret. 2°. Vbi dubiosam aut etiam manifeste vitiosam Lectionem in Contextu retinuimus, quoniam non succurrebat evidens aut satis commoda emendatio, quæ in prioris Lectionis locum ipsi Textui inferi mereretur; ibi & varias Codicum aberrationes, si quæ erant, quamvis mendosas, plerumque adscripsimus; quippe in quarum una aut altera fortasse clariora veri vestigia deprehendere perspicacior aliquis aut doctior Lector posset: & Conjecturam simul unam aut alteram, quæ præ ceteris tolerabilior videbatur, adponendas duximus; ut, qui minus essent exercitati, aliquid saltem, quod teneant, haberent. 3°. Vbicumque ex Conjectura, sive nostra, sive aliena, emendatus est Contextus noster: ibi semper & hoc ipsum statim adnotavimus, *ex Conjectura emendatum* esse locum, & Lectionem superiorum Editionum scriptorumque Librorum infra Contextum, ut e vestigio de emendationis ratione judicari quodammodo posset, adposuimus; paucis passim locis exceptis, ubi nimis prolixum fuerat omnes atque multifarias librorum aberrationes expromere, quæ in plenioribus Adnotationibus proferentur.

Contra, ubi ex veterum Librorum auctoritate restituimus emendavimusque loca, quæ in superioribus Editionibus corrupta aut defecta legebantur; ad ea loca, quoties lectio, quam ex mss̃tis Libris adscivimus, ejusmodi nobis esse visa est, ut de ejus veritate nulla dubitandi ratio probabilis supereſſet, nihil infra Contextum adnotavimus, & mentione facienda lectionis oppido mendosæ aut alienæ, quam ex meliorum Codicum auctoritate proscripsimus, turbare attentionem Lectorum noluimus. Itaque nemo putet, nullibi esse Textum Polybianum, qui adhuc vulgatus erat, in hac Editione a mendis purgatum, aut lacunas suppletas, nisi eis in locis, ad quæ in brevibus illis Scholiis varietatem aliquam videant adnotatam. Neque vero miretur

Digitized by Google

miretur Lector, si in eisdem Scholiis varietates interdum notatas invenerit ejusmodi, quæ per se exigui videantur esse momenti, ut ad sententiam quidem parum interfit, utram Lectionem amplectamur: meminerit enim, eam ipsam ob causam esse istas discrepantias simul cum ea Lectione, quam in contextu expressimus, oculis legentium subjectas, quoniam, cum veram atque genuinam Auctoris scripturam exhibere, quoad fieri posset, voluissemus, vel dubii nos ipsi fueramus, utra esset verior, vel ab erudito Lectore probabili ex ratione dubitari aut judicium nostrum prorsus improbari posse suspicabamur.

Ceterum in omnibus illis Notationibus Contextui subjectis pariter & *inutilem prolixitatem & obscuram brevitatem evitare studuimus.* Lectiones codicum, Conjecturasque virorum doctorum & nostras, ubi ex legibus præscriptis usus videbatur poscere, adnotavimus: causas, cur earum alias probaremus, alias minus, non adjecimus; quas plerumque per se facile perspiciet eruditus Lector, &, qui scire desiderat, in Commentariis expositas inveniet. Sed quæ adnotavimus, ea ita posuimus, ut neque, ad quem locum pertineret quæque notatio, neque qua in re inesset discrepantiæ aut conjecturæ cujusque vis atque ratio, obscurum esse posset. Notas etiam, quibus varios Codices, Editiones, aut nomina Virorum designavimus, noluimus esse ambiguas aut ejusmodi ut in eis describendis nimis proclives essent operarum typographicarum errores.

IV.

Subsidia CODICVM MANVSCRIPTORVM, *quibus usi sumus in emendandis* QVINQVE PRIORIBVS POLYBII LIBRIS.

I. CODEX BAVARICVS.

In *prioribus quinque Polybii Libris*, qui integri ad nos pervenerunt, postquam duas principes Editiones, Hagenoënsem & Basileensem cum Casauboniana doctus noster ami-

Digitized by Google

amicus Ioh. Georgius Dahler diligenter noſtri cauſa contuliſſet; præter ſpem opinionemque accidit, quod olim in recenſendo Appiano nobis contigerat, ut manuſcriptos Codices eosdem, quibuscumque uſi eſſent ſuperiores Editores, tractare recognoſcereque liceret. Quæ res ſicuti ſola per ſe multum quidem abfuit ut ad emendandum pro deſiderio noſtro Polybium ſufficeret, ſic maximum tamen attulit adjumentum & ad rectum judicium de Textu, qui adhuc fuerat vulgatus, faciendum, & ad tollenda quam plurima omnis generis menda, quæ vel ex primis Editionibus (in quas partim errore aut feſtinatione Editorum, partim etiam operarum culpa irrepſerant) in Caſaubonianam propagata erant, vel ab ipſo demum Caſaubono, dum errores corrigere ſtuduit, fuerant invecta. Primus igitur Codex, quem excuſſi, & cum exemplo Caſauboniano, ad cujus oram Lectiones priorum editionum & lectiones Auguſtanæ Bœcleri erant adſcriptæ, accurate contuli, *Bavaricus* ille eſt, quem jam ipſe Is. Caſaubonus, ut ſupra vidimus, in manibus habuerat; cujus ejusdem codicis uſura per Sereniſſimi Electoris Palatino-Bavarici indulgentiam in ſex menſes nobis fuit conceſſa. Modico volumine, cujus ſpiſſitudo duos vix transverſos digitos æquat, continentur *Hiſtoriarum Polybii Libri quinque priores:*[x]) (quorum primus inſcriptus eſt Πολυβίου Μεγαλοπολίτου Ἱστοριῶν πρώτη.) tum Ἡρωδιανοῦ Ἱστοριῶν libri octo: denique Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικῶν libri decem: omnia ab initio ad extremum ab eadem manu, tam nitidis quam minutis calami ductibus, terſiſſimis in membranis deſcripta. Aetatem definire non auſim: ſcriptura Seculum XIV. videtur prodere. Medio ſec. XVto Conſtantinopoli in occidentem delatum fuiſſe codicem, fidem facit id quod in poſtrema mem-

x) In impreſſo *Catalogo Græcorum Mſtorum Codicum Bibliothecæ Sereniſſ. Bavariæ Ducis*, No. CXCVII. perperam perhibetur, *octo* ineſſe huic codici *libros Polybii*.

Digitized by Google

membrana non sane ipsius Calligraphi manu, sed illius qui tunc codicem hunc possidebat, scriptum est his verbis: αὕτη ἡ βίβλος ἠνέχθη ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως μετὰ τὴν ἅλωσιν (sic, pro ἅλωσιν) ταύτης. ἔστι δ' ἐξ . . . Quae sequebantur, de industria erasa sunt. Paulo vero inferius, in eadem pagina, haec leguntur, quae rursus ab alia manu ac fortasse aliquot annos ante superiora scripta sunt, quo tempore postremum Constantinopoli Concilium praesentibus tribus Patriarchis A. C. 1450 habitum est:[y]) Πάντων ποθούντων προστρέχου πρὸς τὴν πόλιν, ὅπου πανάγιοι τοῦ θεοῦ λόγου παῖδες ἔστησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης. Ὁ ἐν πολέμοις νικητὴς, καὶ ἐν κινδύνοις λατρός· ὑπὸ τροχῶν καὶ μαγγάνων χεῖρας ἐξέτεινας μεγαλομάρτυς τοῦ Χριστοῦ Γεώργιος. διόπερ ὑπὲρ ἡμῶν δυσώπει τὸν κύριον.

Ex dono *Ioachimi Camerarii, reipubl. Norimbergensis Medici*, Anno 1577 in Serenissimorum Bavariae ducum Bibliothecam perveniisse hunc codicem, docet inscriptio quae in fronte libri legitur. Quod ubi vidi, cum meminissem Norimbergensem perhiberi Ætzelium illum, e cujus Codice manuscripto Obsopœus anno 1530 eosdem quinque priores Polybii libros primum vulgaverat; subiit animum cogitatio, esse fortasse *eumdem ipsum Codicem, quo usus olim Obsopœus esset; ex quo adeo, tamquam unico fonte, ducta fuerit princeps Polybii Editio.* Eamque cogitationem mox ipsius Codicis cum Obsopœi Editione curatius instituta collatio ita confirmavit, ut nullus dubitandi locus relinqueretur. Quo cognito, tantum abfui, quin cessandum a labore aut negligentius pergendum in excutiendo hoc Codice putarem, ut, non secus ac si nemo ante nos eodem fuisset usus, ad ejus praescriptum ab initio ad finem, quam diligentissime potui, exegerim Contextum ad hunc diem vulgatum. Ac tanto quidem dignior erat hic Codex, qui

y) De quo conf. Cave in Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Literaria ad istum annum.

Digitized by Google

qui de novo ſolicite & curatiſſime excuteretur, quod a diligente utique atque docto librario ſcriptus, & a probo exemplo transſcriptus eſt: ita quidem, ut compluribus in locis haud dubie vera genuinaque Auctoris ſcriptura hoc codice nobis conſervata ſit, ubi reliqui omnes, qui quidem noſtram ad notitiam pervenerunt, vel depravati ſunt vel lacunis laborant. Ac licet eximia & fide & induſtria atque doctrina Obſopœum, quum ex unico hoc Codice Polybium vulgaret, partibus Editoris functum eſſe cognoverim; tamen, præter plurima loca in quibus operarum puto culpa ab exemplari diſceſſum eſt, haud pauca etiam deprehendi, in quibus ipſe Editor ſive per feſtinationem, ſive quod Codicis ſcripturam parum nonnumquam intellexit, a vero aberraverat. Itaque ſi Iſ. Caſaubonus hunc codicem, qui ei ad manus fuerat, cum Hervagiana ſaltem editione (quoniam Obſopœanam excutere non dignatus eſt) accuratius contuliſſet; plurima profecto in illo erat inventurus, quæ ad emendandum Polybium valebant in ejusmodi locis, quæ nunc vel intacta reliquit doctiſſimus ille Editor, vel ex ingenio in aliam partem quam veritas tulerat mutavit.

Lituræ vel nullæ omnino inſunt libro Bavarico, vel oppido pauciſſimæ. Locis nonnullis diſcrepantem lectionem eadem manu vel ſuperſcriptam alteri lectioni vel in margine notatam exhibet: quo ex genere ſunt eædem illæ Lectiones, quas in ora ſuæ editionis expreſſit Obſopœus. [z]) Ceterum nolim diſſimulare, nonnullis in locis, ſed eis ſane haud frequentibus, Lectionem, quam exhibet hic Codex, ex docti viri conjectura nobis viſam eſſe prognatam, ſive is ipſe fuerit ſcriba codicis, ſive antiquior aliquis Literator,

z) Conf. quæ ſupra dicta ſunt Sect. II. n. 1. In uria quidem earum Lectionum, quæ in ora cod. Bav. adnotatæ ſunt, mirum quid accidit diligentiſſimo aliis & haudquaquam ſane indocto illi Editori. Nam quum lib. III. c. 10, codex Bav. in contextu daret οἷόν τε εἶναι, in ora autem libri poneret Γϱ'. ἦν, Obſopœus, aliud tunc animo agens, notam Γϱ'., quæ γϱάφεται ſignificat, particulam γὰϱ deſignare ratus, οἷόν τε γὰϱ ἦν edidit.

Digitized by Google

qui suas Conjecturas illi exemplari, e quo derivatus est Bavaricus codex, intulerat. Verbi causa, lib. II. cap. 61, 6. ex mera utique conjectura, eaque parum felici, insertum pronomen negans οὐδὲν ab eo videtur, qui vocabulo ἐμποδὼν aliam sententiam, quam quæ ibi obtinet, subjecerat: quare negationem, quam ignorant ceteri codices, ejicere e contextu non dubitavi. Sic IV. 25, 6. quum verbum συναναστώσουσι, quod recte conservarunt veteres membranæ Vaticanæ, corruptum fuisset & in συναντήσουσι mutatum; Criticus noster, videns non convenire cum hoc verbo ea quæ sequuntur, pro εἴ τινα scripsit εἰς ἣν ἄν, quod ex cod. Bav. expressit Obsopœus: quo facto, alius deinde vir doctus (quem Casaubonus secutus est) intelligens particulam ἄν subjunctivum modum requirere, κατέχουσιν porro in κατέχωσιν mutavit. Similiter IV. 65, 2. cum in veteribus libris mendose scriptum fuisset γενόμενος δὲ τοῦ στρατοπέδου, quod non dubito quin ex γέμοντος δὲ τοῦ στρατοπέδου corruptum sit; corrector ille, aliam conjecturam sequens, posuit γενομένων δὲ τῷ στρατοπέδῳ. Omitto alia, de quibus suis locis differetur.

2. CODEX AVGVSTANVS.

Iam, ut in Hervagiana Editione, quam pro basi suæ recensionis posuit Casaubonus, quid ex manuscriptis Codicibus esset ductum, quid contra sive conjecturæ Editoris sive operarum errori ortum deberet, certius possemus judicare, *Augustanus* ille consulendus *Codex* erat, qui, ut supra docuimus,[a]) cum editione Obsopœi in usum Hervagianæ olim fuerat collatus. Quamquam enim eumdem Codicem rursus cum editione Casauboniana jam pridem Bœclerus noster contulit, Lectionesque ex illo excerptas publici juris fecit; tamen satis eram experimento edoctus, longe aliam vim habere, si Editori liceat ipsi suis oculis lustrare veteres Codices, atque si Lectionibus uti cogitur ab

a) Sect. II. n. 2.

Digitized by Google

ab alio quamvis docto diligenteque viro excerptis. Itaque postquam hunc Codicem beneficio Amplissimorum ex Senatu Augustano Virorum, qui Bibliothecæ publicæ præfecti sunt, & clarissimi *Mertensii* Bibliothecarii benevolentia, sum consecutus; sedulo totum Librum denuo perlustravi, eumdemque eorumdem Virorum indulgentia ad hunc usque diem ad manus habeo, & idemtidem in locis dubiis rursus inspicio atque consulo. Eoque minus pœnitere nos debuit laboris in hujus pariter codicis excussionem impensi, quod bene multas Lectiones in eodem inveni haud dubie probas aut ad verum propius, quam vulgata Lectio, accedentes, quæ vel prorsus præteritæ erant a Bœclero, vel parum recte enotatæ.

Codex est Bombycinus, satis eleganti manu minutis characteribus conscriptus, ita ut uno volumine, majori quidem forma, sed modicæ ceterum molis, simul cum quinque prioribus Polybii Libris Excerpta etiam ex reliquis Libris a sexto ad decimum octavum, ab eadem manu descripta, contineantur. Quod ipsum singulare ac proprium est huic Codici; quum ceteri omnes, quotquot hodie supersunt codices Polybiani, vel solos quinque Libros integros vel sola Excerpta complectantur: nam Mediceus, de quo infra dicetur, uno quidem pariter volumine omnia eadem cum Augustano comprehendit; sed ab alia manu scripta Excerpta habet, ab alia Libros quinque integros. Augustanus noster haud dubie in eorum fuerat numero librorum Msstorum, quos anno MDXLV Venetiis de Antonio Eparcho, Episcopo Corcyræo, octingentis nummis aureis emendos curasse Senatum Reipubl. Augustanæ Reiserus refert, in Indice Msstorum Bibliothecæ Augustanæ. De satis ejusdem Codicis, ab Turcis ablati, nescio quid narrabat inscriptio recentiori græco idiomate primo folio inscripta, cujus quidem pars consulto obliterata est. Aetas libri eadem fere, quæ Bavarici: sed familia diversa. Certe bene multis in locis a Bavarici exempli Lectione dissen-

Digitized by Google

tit, ac ſæpe quidem meliorem in partem. In margine rariſſimas habet Lectiones a Contextu diſcrepantes, ab eadem manu adnotatas. Ceterum paſſim hoc vitio laborat, ut ſimili verborum vel initio vel exitu deceptus librarius ex uno verſu in alium inferiorem aberraverit: quo ex errore quæ natæ ſunt orationis lacunæ, eas ex Obſopœi Editione deinde ſupplevit vel Xyſtus Betulejus vel is cui ille hoc negotium commiſerat. b) Neque tamen omnium iſtarum lacunarum culpa in ipſam hujus Codicis ſcribam, ſatis ceteroquin accuratum, eſt conferenda; ſed major certe pars ex vetuſtiori exemplari, ut mox videbimus, eſt propagata.

3. CODEX REGIVS A.

Cum priori parte Auguſtani Codicis, quæ quinque priores Polybii Libros continet, plerisque in locis, ubi a Bavarico ille diſſentit, convenit *Codex Regis noſtri Chriſtianiſſimi, No. MDCXLVIII.*, quem cum ceteris Codicibus Polybianis ex Regia Bibliotheca, intervenientibus Cel. Brunckii noſtri amiciſſimis officiis, ad nos in uſum hujus Editionis miſerat Bibliothecæ Cuſtos Clar. Bejot, vivis interea temporis inſigni literarum amicorumque jactura ereptus. Multum hic Codex, quem *Regium A.* inſignivi, differt ab illo Regio Codice, quo uſus Caſaubonus eſt, de quo deinceps dicemus. Foliis chartaceis non amplius duobus & octoginta, ſed eis formæ longe maximæ, quam Regalem appellare conſuevimus, quinque illos integros Polybii Libros comprehendit. Manu *Cæſaris Strategi* exaratum videri, monuit vir doctus, qui hunc Codicem in Catalogo Codicum græcorum Bibliothecæ Regiæ recenſuit: puto, quod ex aliis Codicibus nota ei manus fuerat illius Calli-

b) Iuvenilis ea manus eſt, ac fortaſſe adoleſcentis illius, *Iob. Rhemi*, Abuſiani, cujus opera in conferendo hoc Codice uſum ſe eſſe ait Xyſtus Betulejus in Epiſtola Codici præfixa, quam ex Bœcleri Lectionibus ſupra commemoravi Sect. II. n. 2.

Digitized by Google

Calligraphi.[c]) Cum quo consentit, quod de Codice Polybii legimus, qui in Bibliotheca Dominicanorum S. Petri & Pauli Venetiis exstat ab eodem Cæsare Stratego scriptus, in cujus Codicis fine monetur, *eumdem Strategum similem Codicem scripsisse Florentiæ.*[d]) Namque Codicem hunc Regium, de quo agimus, *olim Mediceum* adeoque Florentinum fuisse, docet idem Catalogus Bibliothecæ Regiæ, quem paulo ante commemoravi: neque vero alius Florentiæ exstat Codex Polybii a Cæsare Stratego scriptus. Iam quod ad Contextus Polybiani spectat conditionem, cum Augustano quidem Codice ita propinqua cognatione conjunctus est hic Regius, ut a communi utriusque stirpe neuter nimis longe videatur esse remotus. Sed passim tamen Regius, quamquam Augustano junior, melioris aliquanto notæ esse mihi visus est, & paulo pressius insistere vetustioris communis exemplaris vestigiis. Ac licet plerasque lacunas, quibus subinde laborat Augustanus, cum eodem Regius hic communes habeat; utpote quibus exemplar, e quo ductus est uterque, jam fuerat fœdatum: tamen subinde in ipso Contextu idem Regius accurate expressos exhibet versus nonnullos, qui in Augustano, a prima manu omissi, ex Obsopœi demum editione ad marginem adscripti sunt: verbi causa III. 111, 1. V. 78, 5. Nonnunquam etiam ei Lectioni, quam cum Augustano communem hic in Contextu habet, ab eadem manu superscripta illa Lectio est, quam Bavaricus expressit: (veluti illo ipso loco, quem ex lib. IV. 65, 2. paulo ante [e]) citavimus:) ut videatur in vetustiori etiam exemplari eadem sive Lectio sive Conjectura pariter fuisse adnotata.

c) *Cæsarem Strategum*, Lacedæmonium, versus finem seculi XV. complures scripsisse Codices, quorum maxima pars habetur in Biblioth. Regia, & in Biblioth. Dominicanorum Venetiis, docuit Montfaucon *in Palæogr. Græca* p. 96 & 82.

d) Vide eumdem Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecarum Manuscriptorum T. I. p. 479. Idque ita haud dubie intelligi debet, ut vel alter istorum Codicum ex altero, vel uterque ex eodem tertio exemplari fuerit a Stratego descriptus.

e) Sect. hac IV. n. 1.

Digitized by Google

4. CODEX VATICANVS.

Est in *Vaticana Bibliotheca*, praeter alios Codices Polybianos, unus omnium qui hodie supersunt antiquissimus, *No. CXXIV.* signatus; quem Vir Doctissimus ac de Polybio nobisque meritissimus, IOSEPHVS SPALLETTVS, cum Editione Hervagiana diligentissime contulit, Lectionesque inde excerptas, pro singulari suo bonas Literas juvandi studio, benevole nobiscum communicavit. Exaratus est Codex optimo stylo in membranis praegrandibus CCCIV, duabus in quaque pagina columnis. Nomen scribae in fine adjectum legitur, & dies, quo absolutus labor est, his verbis: Πολυβίου Ἱστοριῶν Ε'. Εὐτυχῶς χρῶ. Ἐγράφη χειρὶ Ἐφραὶμ μονάχου. μηνὶ ἀπριλλίῳ [f]) ἐ. ἰνδ. ἐ. Anni nota, nescio quo casu, vel non adjecta est, vel hodie nusquam comparet: neque scribae illius nomen aut aetas aliunde, quod sciam, nota est. Ceterum antiquum sane esse codicem, cum ex literarum ductibus, tum ex reliqua libri conditione ac forma adparet. *Antiquissimum* vocavit Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecarum T. I. p. 4. Circa Seculum undecimum esse exaratum judicavit Spallettus noster. Quidquid sit, certe alios omnes codices Polybianos, quotquot supersunt, qui priores quinque libros integros continent, aetate longe post se relinquunt Vaticanae istae membranae. Quare quum & in tribus Codicibus, de quibus ante dixi, & in duobus aliis, quibus usus est Is. Casaubonus, pariterque in Vrsini codice, haud procul ab initio libri primi duobus locis inessent hiatus illi, qui in editione Hagenoënsi & Basileensi conspiciuntur & in Contextu Casauboniano nonnisi ex Vrsini ingenio expleti sunt; [g]) cupidus inprimis fui cognoscendi, eisdem-ne lacunis antiquae hae membranae similiter essent fœdatae.

f) Sic constanter *iota* in diphthongo ῳ non subscripsit ille librarius, sed pro antiquo more ad latus vocalis ω adposuit.

g) Vide lib. I. cap. 2, 7 sq. & cap. 3, 3. Confer Is. Casauboni Comment. ad ea loca.

Digitized by Google

fœdatæ. Et cognovi, non fuisse illas ab hujus labis contagio immunes.

Sed nemo idcirco suspicetur, esse fortasse primas has membranas, quas illa pestis invaserit, ut ex hoc deinde exemplo reliqui omnes nostri codices sint derivati. Neque enim in his membranis exesum aliquid aut vetustate corruptum in illis locis est, ubi sunt isti hiatus; sed spatia, quæ sunt vacua relicta, satis indicant, ex vetustiori exemplari labem esse propagatam. Et vero reliquorum Codicum collatio docet, multo vetustius Vaticano hoc Codice fuisse Exemplar illud, quod pro communi omnium nostrorum Codicum fonte sit habendum. Etenim Bavaricus Codex, ut jam supra innuimus, complures habet probatissimas Lectiones, quæ in Vaticano depravatæ reperiuntur, & alias nonnullas lacunas, quibus ille laborat, rectissime explet. Augustanus vero & Regius, quos mutua cognatione arctissime inter se conjunctos esse dixi, cum Vaticano multo quidem frequentius atque constantius, quam cum Bavarico, conspirant, atque illius familiam propius utique attingunt; nec tamen ad ejusdem exemplum sunt descripti: quippe qui passim, partim in probatis Lectionibus, partim in depravatis, contra Vaticanum stant a partibus Bavarici. Ex quo intelligitur, per diversos canales atque variis temporum successionibus ex communi Fonte derivatos esse hos Codices omnes quos nobis fortuna servavit. h) Eoque majorem necesse est fuisse illius vetusti Exemplaris ætatem, quoniam eo tempore, quo ex illo describi cœperunt illi Codices, qui veluti stirpes nostrorum sunt habendi, jam situ ac vetustate fuerat exesum; quo factum est, ut illarum lacunarum contagium, de quibus supra dixi, ad omnes pervenerit. Sed non solum antiquitate venerabile fuisse necesse est illud vetustissimum & commune Codicum nostrorum exemplar, verum etiam probitate præstitisse:

h) Confer quæ infra n. 6. de Codice Vrbinate dicentur, & n. 8. de Suidæ Codice Polybiano.

Digitized by Google

quandoquidem conferendo inter se varias Lectiones codicum, ex illo fonte derivatorum, satis emendatus Polybius prodire potest. Videturque idem vetustus Codex passim variantes Lectiones sive ad marginem sive intra lineas habuisse adnotatas; unde pars earum varietatum, quae hodie in Codicibus nostris reperiuntur, originem duxerint. Sed quemadmodum lacunarum illarum contagium ex isto fonte ad reliquos omnes Codices manavit; sic & variae aliae labes, quibus jam infectus idem ille fons fuerat, rivos omnes, qui inde ducti sunt, pervaserunt. Quo factum est, ut quamvis diversarum familiarum Codices, qui ad aetatem nostram pervenerunt, nimis multis tamen in locis in scripturam manifeste corruptam veluti conjuratione quadam consentiant: unde latus etiamnum Emendationum ex conjectura tentandarum campus est relictus.

Ad *Vaticanum* nostrum Codicem ut redeam: sicut ex omnibus, qui hodie supersunt, est antiquissimus; sic plurimis in locis, ubi ceteri corrupti sunt, vel illibatam plane nobis servavit veritatem, vel non ita longe a recta via aberravit, quin veri vestigium attentus Lector satis etiamnum facile internoscere possit.

§. CODICES FLORENTINI.

In *Adparatu Gronoviano ad Polybium*, quem adparatum singulari Illustris Ruhnkenii beneficio debeo,[i]) est exemplum Editionis Gronovianae, cujus margini in quinque prioribus Polybii libris adscriptae sunt discrepantes Lectiones ex duobus *Codicibus Florentinis;* quarum Lectionum pleraeque nulla nota codici adjecta distinguuntur, aliae vero litera F. aliae litera L. insignitae sunt. Illorum Codicum alter (ut intellexi ex eis quae ad finem libri quinti notavit Gronovius) est *Codex* ille membranaceus *Bibliothecae Benedictinorum beatae Mariae Florentinae*, Anno 1417 exaratus, quem postea laudavit Montfaucon in Palaeogr. Graeca

i) Vide supra, Sect. II. n. 5.

Digitized by Google

Græca p. 76 ſq. rurſusque in Bibl. Msstor. T. I. p. 415. Alter *Codex* eſt *Bibliothecæ Laurentianæ Mediceæ*, qui anno 1435 ex ſuperiori deſcriptus eſt; de quo, præter eumdem Montfauconium in Palæogr. p. 79. & Bibl. Msstor. p. 375. n. IX. conſuli poteſt Bandinius in Catal. Biblioth. Laurent. T. II. p. 628. Ex iſtis duobus Codicibus Iac. Gronovius Mediceum hunc prius, quam alterius notitiam habuiſſet, tractaverat ac cum ſua editione diligenter contulerat. Deinde, ut comperit alium eſſe in Abbatia Benedictinorum codicem, atque etiam ex eis quæ in fronte illius codicis leguntur intellexit, ex eodem codice Benedictinorum deſcriptum eſſe Mediceum, denuo ad illum non minori cura excutiendum ſeſe accinxit. Et in hac quidem collatione, ſi qua in re diſcrepare deprehenderet apographum ab exemplari, ad lectionem ex apographo jam adnotatam adjecit literam *L.* id eſt *Cod. Laurent.*; alteri vero Lectioni, quam nunc demum ex exemplari enotabat, adjecit literam *F.* id eſt *Cod. Florent.*; ubi conſentirent inter ſe codicis utriusque lectiones ab impreſſo diſcrepantes, ibi lectioni ex altero codice jam adnotatæ nullum ſignum adjecit. Quod per has ambages ductus eſt Gronovius, qui haud dubie, ſi in Florentinum illum prius incidiſſet, alterum vix fuerat inſpecturus; id hactenus in Polybii ceſſit commodum, ut collatio iſta (quam haud vulgari cura inſtitutam eſſe credi poteſt ab eo viro, qui Polybium jam ipſe ediderat, & alteram moliebatur emendatiorem editionem) tanto exquiſitior certiorque fieret, quoniam iterato eſt inſtituta. Nos vero, uti par erat, aberrationes apographi negligentes, utrumque codicem pro uno cenſuimus, quem *Flor.* inſignivimus.

Ac ſane maximum nobis ad emendandum Polybium quam plurimis in locis ſubſidium opera iſta Gronoviana erat collatura, niſi jam ex aliis bonæ notæ codicibus plerumque enotatas habuiſſemus easdem probas Lectiones, quas e Flor. adnotavit Gronovius. Scilicet, ubi a Bavari-

Digitized by Google

co recte discedunt Augustanus & Regius A., ibi cum his plerumque consentit Florentinus: cum Vaticano autem adeo constanter & usquequaque (quatenus quidem ex excerptis utriusque Lectionibus judicare licet) conspirat, ut vix dubitari posse videatur, esse illum ex ipsis illis Vaticanis membranis transscriptum. Neque tamen, quod Vaticani codicis Lectiones Spalletti beneficio in manibus habui, eam ob causam parum mihi usui fuerunt Gronoviana hæc ex Florentino excerpta. Quamquam enim summa cura fideque ex Vaticanis membranis quidquid memorabile videbatur excerpsit præstantissimus noster Spallettus; fieri tamen nullo modo potest, quin vel oculatissimi diligentissimique viri aciem fugiat subinde Lectio, aut eidem negligenda videatur, quæ Editori quidem neutiquam indifferens erat futura. Atque ita usu venit, ut, quemadmodum nonnulla a Spalletto adnotata sunt, quæ prætervolavit Gronovius, sic multa rursus idem Gronovius excerpserit, in quibus quidem initio, quoniam nihil a Spalletto vidi commemoratum, dissentire Florentinum a Vaticano putaram; deinde vero, postquam de eisdem locis denuo recognoscendis compellassem eumdem candidissimum Virum, cognovi amice inter se utrumque codicem conspirare. Quo fit, ut in reliquis etiam locis, ubi probabilem aliquam Lectionem ex Flor. a Gronovio excerptam vidi, quæ est a Spalletto prætermissa, tamen plerumque vix dubitandum putaverim, quin eadem in Vaticanis pariter membranis legatur. Tantum vero abest, ut doctissimo Viro, qui singulariter prorsus de Polybio nostro meritus est, incuriam aliquam isto nomine imputatam velim, ut lubens meritoque profitear, & fidem & diligentiam & sagacitatem humanissimi Viri sæpenumero me hoc ipso maxime esse admiratum, quod discrepantias etiam eas, quæ per se quidem exigui prorsus momenti videri poterant, at nos tamen ad verum inveniendum mirifice interdum erant adjuturæ, plerumque non neglexerit. Ceterum mihi quidem

dem ipſi, poſtquam Auguſtanum codicem ſatis accurate excuſſiſſe mihi viſus eram, deinde, ubi cognatum illius Regium tractare cœpi, ſæpe etiam tunc accidit, ut in hoc animadverterem Lectiones ex Aug. a me non enotatas, quas tamen in eodem Auguſtano, ubi denuo illum inſpexi, perſpicue ineſſe deprehendi. Lectiones autem Florentinæ a Gronovio, & Vaticanæ a Spalletto excerptæ, eo magis etiam adcommodatæ erant ad mutuam ſibi opem ferendam, quoniam Vaticanus codex cum Contextu Hervagiano, Florentinus autem cum Caſauboniano, qui multum multis in locis ab illo differt, eſt collatus.

6. CODEX VRBINAS, *ſ.* VRBINO VATICANVS.

Vetuſtiſſimæ illæ *membranæ Vrbinates*, quæ in Excerptis ex libro VI Polybii & ſequentibus inſtituto ſuo haud parum utiles fuiſſe profeſſus eſt Iſ. Caſaubonus, [k]) non ſolum ex illis, quos dixi, verum etiam *ex quinque prioribus Polybii libris* ſimilia *Excerpta* complectuntur. Formæ quadratæ Codex eſt, foliis 286 membranaceis conſtans, inter Græcos Codices qui ex Vrbinate Bibliotheca in Vaticanam tranſierunt No. CII. ſignatus; a *Michaële Tra..ſp..* circa Seculum XII judice Spalletto exaratus: unus, quod ſciam, ex omnibus qui hodie ſuperſunt, in quo illa ex libris quinque prioribus Excerpta ſimul cum ſequentium librorum Excerptis contineantur. Cujus & vetuſti & per ſe præſtantis Codicis propius cognoſcendi tanto magis fueram cupidus, non modo ut, quid ex illo ſuum in uſum converterit Caſaubonus, diſcerem, atque codicis lectiones ab Editoris conjecturis poſſem diſcernere; verum etiam quod ſperarem, haud contemnendum ſpicilegium probarum Lectionum, vel talium quæ veri veſtigia facilius dignoſcenda ſervarent, ex illo me reportaturum. Simul ex eodem Codice poſſe melius judicare ſperabam de ratione, qua Excerpta iſta ex ſequentibus etiam Polybii libris,

k) Vide ſupra, Sect. II. n. 4.

Digitized by Google

bris, quos nobis edax rerum tempus ſubtraxit, fuiſſent ſelecta. Atque illud deſiderium iſtamque ſpem idem nobis explevit, cujus merita de Polybio noſtro nobisque toties laudavi, numquam ſatis laudandus SPALLETTVS; qui hujus quoque Codicis noſtram in gratiam excutiendi & cum Hervagiana Editione conferendi negotium perhumaniter liberaliterque in ſe ſuſcepit. Acceſſerunt quidem nobis paulo poſt in theſauris Gronovianis ad Polybium pertinentibus Lectiones ex eodem Codice Vrbinate ad oram exemplı editionis Baſileenſis ab ipſo Is. Caſaubono adnotatæ;[1]) ſed ex quinque priorum librorum Excerptis, quæ Codex ille continet, rariores Lectiones ibi enotatæ erant. Multo crebriores a Spalletto ſunt collectæ: quæ plerumque probas Vaticani Lectiones, ubi hæ a vulgata lectione diſcedunt, egregie conforment. Sed non in probatis ſolum lectionibus, verum etiam in depravatis nonnumquam cum eodem Vaticano conſentit, ubi Auguſtanus & Regius A. ſimul cum Bavarico verum tenuerunt. Ex quo intelligere licet, non modo hoc ipſum Vrbinas exemplum, ſed etiam illud quo uſus erat is qui hæc Excerpta primum compilavit, ex eodem Fonte cum Vaticano codice, adeoque etiam cum ceteris omnibus, qui hodie ſuperſunt, eſſe propagatum. Vnde ſimul adparet, ne hac quidem ex parte ſpeciem veri relinqui illorum ſententiæ, qui ad Brutum auctorem voluerunt compilationem iſtam referre.

Iam ut de ſelectu atque judicio, quo confecta ſunt ſequentium pariter librorum Excerpta, judicare lectores Polybii poſſint; haud alienum fore intelligo, ſi velut in tabula quadam, quænam ſint fragmenta ex quinque prioribus libris ab hoc Epitomatore collecta, exponamus: quod per Spalletti noſtri diligentiam nobis licet, qui accurate & initium & finem cujusque Excerpti, ſimulque quæ ad oram

1) Vide Sect. II. n. 5.

Digitized by Google

oram Codicis passim scripta sunt, adnotavit.[m]) Sed ne nimis longi simus in hac Præfatione, commodior ei rei locus fuerit in uberiorum nostrarum ad Polybium Adnotationum introitu, ubi simul alia nonnulla ad Codices Polybianos pertinentia, quæ nunc in compendio dicta sunt, enucleatius exponentur & prolatis (quoad opus fuerit) rerum documentis confirmabuntur. Verumtamen specimenis loco subjiciemus interim eorum Excerptorum, quæ ex secundo Polybii libro ducta sunt, seriem. Nam Excerpta primi libri dubitationis nonnihil habent, quoniam initio hujus Codicis desunt nonnulla folia vetustarum membranarum, quæ ab alia manu, incertum qua fide, suppleta sunt: de quo longum fuerit hoc loco disputare. Initio quidem primi libri ab altera illa, quam dixi, manu hic Titulus est inscriptus: Τῆς Πολυβίου Ἐπιτομῆς λόγος πρῶτος. Secundo libro nil aliud inscriptum, nisi Πολυβίου τοῦ Β'. λόγου. Et sic in ceteris libris. EXCERPTA EX SECVNDO LIBRO DVCTA hæc sunt: I. Τὸ μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὄντας - - - τοῖς εὖ φρονοῦσιν. quæ verba sunt cap. 7, 1 - 3. II. Τῆς δὲ συμπάσης Ἰταλίας - - - ταῦθ' ὑπῆρχεν. cap. 14, 4. - cap. 17, 8. Vbi incipit illud Excerptum, ibi in *Ora Codicis* notatur: Οἵα ἡ Ἰταλία. Et in *eadem ora*, eadem pagina, hæc leguntur verba ex cap. 8, 8. ducta: Τεύτας. Κοινῇ μὲν ἔφη περᾶσθαι & seqq. usque Ἰλλυριοῖς τὰς κατὰ θάλατταν ὠφελείας. Tum ibidem: Πρεσβευτοῦ. Ῥωμαίοις μὲν, ὦ Τεύτα, usque πρὸς Ἰλλυριούς. ex cap. 8, 10. seq. Rursus in *ora* codicis pag. seq. ubi in contextu continuatur locus de Italiæ habitu atque natura, legitur illud comma, quod est cap. 4, 5. Αἰτωλοὶ δὲ usque ἐν τοῖς πολεμικοῖς. Tertium Excerptum complectitur ea, quæ leguntur a cap. 25, 1. - 31, 7. Οἱ δὲ Κελτοὶ καταράμενοι - - - ἐπιχειρεμάσασθαι

m) De minoribus nonnullis Fragmentis, quæ in ora hujus Codicis scripta leguntur, confer Is. Casaubonum in Fragmentis Polybianis p. 1028. Edit. Gronov. T. II. p. 1541. (Krn. T. III. p. 263 sq.)

Digitized by Google

μάσασα κίνδυνον. Et ad initium hujus fragmenti *in ora* libri est titulus: Πόλεμος Ῥωμαίων καὶ Κελτῶν ἐν Καλουσίῳ πόλει. Tum IVtum Excerptum ex cap. 65, 6. 69. extr. Ὁ δὲ Κλεομένης προσδοκῶν τὴν ἔφοδον - - - εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ad *oram* autem ejus paginæ, quæ finem hujus fragmenti continet, leguntur hæc: Οὕτως ἀεί ποτ' ἡ τύχη τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων παρὰ λόγον ἔωθε κρίνειν. quæ sunt ex cap. 70, 2.

7. CODEX VRSINI.

FVLV. VRSINVS quum in Emendationibus in priores quinque Polybii libros (quemadmodum in libros sequentes) passim *veteris scripti libri* testetur auctoritatem, alia vero *ex ingenio* a se esse emendata profiteatur; n) mirum est, quibus rationibus adducti Reiskius o) & Ernestius p) persuadere sibi potuerint, nullo alio Codice manuscripto Polybiano usum esse Vrsinum, præter eum e quo Eclogas edidit de Legationibus. Quippe fieri quidem potest, ut in illis Eclogis fuerint etiam nonnullæ, ex prioribus quinque libris Polybii excerptæ, ex quibus varietatem Lectionis adferre potuisset Vrsinus: qua de re ex Bavarico illo Codice, qui eadem Excerpta continet, non potui judicare, quoniam is codex ea parte, ubi initium fuerat Eclogarum ex Polybio excerptarum, mutilus est. Sed ad scriptum librum Vrsinus in ejusmodi etiam locis provocat, quæ inter Excerpta de Legationibus referri nullo modo potuerant. Equidem, postquam Vrsinianas illas Emendationes cum editione Hervagiana, ad quam illæ adcommodatæ sunt, rursusque cum Manuscriptorum nostrorum lectionibus contuli; satis intellexi, fuisse Vrsino ad manus probatum Codicem manuscriptum, quinque priores Polybii libros continentem, ex quo non solum ea, in quibus diserte mentionem fecit scripti libri, sed

n) Conf. supra, Sect. II. p. 3.
o) Præfat. ad sua Polybiana p. 784.
p) Præfat. in Polybium p. XXI.

Digitized by Google

sed & quam plurima alia, rectissime emendavit. Atque is *Codex Vrsini*, nisi fuit idem ipse Vaticanus, cujus Lectiones Spalletti nostri beneficio debemus, certe simillimum illi fuisse necesse est. Nam pauca quædam loca, quæ dubium movere possent, (quorum præcipuus est lib. I. cap. 59, 1.) ejusmodi sunt, ut pæne persuasum habeam, errorem ibi vel ipsius Vrsini vel operarum festinatione esse commissum. Nam quum eo loco, quem dixi, in mendosam lectionem Codices nostri omnes atque Suidas consentiant; probabile non est, illam Emendationem in *vetere libro* reperisse Vrsinum; sed *ex ingenio* eam utique tentasse videtur: atque ita ibi scriptum oportebat. Sæpissime in illo libro excudendo operas Plantinianas non paruisse Editori Romæ degenti, jam olim in Adnotationibus ad Appianum monui.

8. SVIDAE *Codex Polybianus.*

Quandoquidem plurima ex Polybio loca suo Lexico inseruit *Suidas*; utique in omnibus istis locis scripturam, quam apud Grammaticum legimus, cum Codicum nostrorum Lectionibus conferendam putavi. Editionem autem adhibui non *Küsterianam* solum, verum etiam principem *Mediolanensem*, quæ probas passim Lectiones habet, a sequentibus Editoribus neglectas, nec ab ipso quidem Küstero omnes satis diligenter enotatas. Suidam autem non usum esse Codice Polybiano qui continuam Scriptoris hujus Historiam exhiberet, ac nil nisi Excerptorum volumina, Constantini Porphyrogeniti jussu confectorum, habuisse in manibus, Henr. Valesius innuit in Præfatione ad Excerpta de Virtutibus & Vitiis, & plane pro confesso sumsit Küsterus quam plurimis in locis suarum ad Suidam Adnotationum. Quod equidem sicut in Appiani frag-

mentis ita se habere haud dubie intellexi, q) sic in fragmentis Polybianis neque negare ausim, neque præcise confirmare; quamquam pro illa sententia militare videtur id, quod ad vocab. Σάμβυκες apud Grammaticum istum legitur. Quidquid sit: in eis locis quinque priorum Polybii librorum, in quibus est Codicum Polybianorum dissensio, Lectiones Vaticani nostri & Vrbinatis plerumque confirmat Suidas: in eis autem, ubi pariter omnes sunt corrupti, rarissime quidem melius quiddam submINistrat, sed plerumque ejusdem labis contagione laborat. Ex quo apparet, Codicem eum, e quo hausta sunt Fragmenta quæ ex his prioribus Polybii libris protulit Suidas, ad Vaticani pertinuisse familiam, & ex eodem fonte, antiquo quidem, sed jam passim corrupto, fluxisse, e quo ceteri nostri Codices manarant. Et (quod ad illam Valesii sententiam roborandam accedit) idem fere de Codice illo, ex quo *Excerpta de Virtutibus & Vitiis* ducta sunt, statuendum videtur; quatenus quidem ex Lectionibus illis colligi potest, quas ad loca nonnulla libri secundi, quarti & quinti ex *Codice Peireſciano* citavit Valesius. r)

9. PEROTTI *Codex Polybianus.*

PEROTTI *versio Latina quinque priorum Polybii librorum*, quam medio seculo XVto confectam supra monuimus, s) non ita est comparata, ut Editori Polybii eum præstare usum possit, quem in Appiani Editione versionem Petri Candidi nobis præstitisse olim prædicavimus. t) Neque enim verbum e verbo expressit Perottus; sed bene secum agi judicavit, si sententiarum summam quocunque modo, dummodo bene latine, repræsentaret: ubi vero diffi-

q) Vide Adnotationes ad Testimonia de Appiano, Tomo III. nostri Appiani p. 898 sq.

r) In fine Excerptorum de Virt. & Vitiis p. 123. (T. III. edit. Ernest. p. 325.)

s) Sect. I. n. 1.

t) Præfat. ad Appianum p. V.

Digitized by Google

difficultatis nonnihil græca ſcriptura habebat, plerumque totum locum, non ſatis ſibi perceptum, callide transſiluit. Neque tamen idcirco prorſus negligendum hoc qualecumque ſubſidium putavi: ſed, quibuscumque in locis dubitationis aliquid Græcus contextus habebat, Verſionem hanc conſului. Vnde cognovi, exemplum, quod ante oculos habuerat Perottus, multum abfuiſſe ab illarum membranarum præſtantia, quarum Lectiones Spalletto debemus. Itaque ſi ſuſpicari fas eſt, ſupereſſe ad hunc diem in Vaticana Bibliotheca exemplum illud quo uſus olim hic Interpres eſt; fuerit fortaſſe Codex ille, quem in indice Codicum Vaticanorum Polybii jam olim mecum communicato idem Spallettus his verbis commemoravit: *Codex Vat. Græcus Bombycinus, in folio parvo, ſignatus numero 1005. continet eosdem quinque libros Hiſtoriarum Polybii, ſcriptus Seculo XIII.* Quo de Codice quoniam nihil præterea habeo compertum, planius judicabunt ii, quibus eumdem excutere licebit vacabitque.

10. CODICES VENETI;
in uſum a nobis non vocati.

In iſto, quem adhuc expoſuimus, Codicum adparatu, quibus ad emendandum Polybium nobis licuit uti, non opus eſſe viſum eſt, ut de illorum collatione, quos in Venetis Bibliothecis exſtare noveramus, admodum eſſemus ſoliciti: quippe e quibus ne notabilis quidem ulla ad eas copias, quas haberemus, acceſſio poſſe derivari videbatur. Ex tribus *Codicibus Venetis*, quorum ad me notitia pervenit, eum qui *in Bibliotheca Dominicanorum* eſt, cum primo noſtro Regio arctiſſimo cognationis vinculo eſſe conjunctum, ſupra vidimus.[u]) In *Marciana Bibliotheca* eſt unus membranaceus, *No. CCCLXIX.* Beſſarionis Cardinalis ſumtibus ſcriptus a Georgio Zangaropulo Cretenſi.

u) Hac Sect. IV. n. 3.

Digitized by Google

A. C. 1470. qui in Catalogo Græcorum D. Marci Bibliotheca Manuſcriptorum p. 175 ſq. recenſetur. Qui codex, ſicut nec a vetuſtate magnopere eſt commendabilis, ſic & alia ratione a doctis viris, qui Catalogum illum ediderunt, inferior judicatus fuiſſe videtur altero Codice ejusdem Bibliothecæ, chartaceo, *No. CCCLXXI.* ſignato. Certe hunc alterum, (quamquam nec hujus ætas ultra XVtum ſeculum adſcendit;) non priorem illum Beſſarionis Codicem, dignum judicarunt, e quo ſpecimina quædam diſcrepantiarum Lectionis expromerent. (p. 176 ſq.) Quibus ex ſpeciminibus ſicut per ſe minime ſpernendum eſſe hunc codicem intellexi, ſic cum Florentinis Codicibus in Lectionibus etiam ſingularibus (ubi a Vaticano exemplari aberrarunt iſti) adeo pertinaciter conſpirantem cognovi, ut pæne perſuaſum habeam, eſſe ex illorum altero, & quidem ex Laurentiano-Mediceo, Venetum hunc deſcriptum. Sed & priorem illum Marcianum, qui Beſſarionis olim fuerat, ſi cui forſan aliquando vacaverit excutere; videndum erit, an ex altero Florentino, qui fons eſt Medicei, deſcriptus ſit. Certe ex illa Abbatia Benedictinorum Florentina alios etiam codices in uſum ſuum deſcribendos mutuatum eſſe Beſſarionem Cardinalem, diſcimus ex Montfaucon Biblioth. Msstorum T. I. p. 415. E.

II. CODEX REGIVS B. *recentiſſimus.*

Accedo tandem ad illum Codicem, quem *Reg. B.* inſignivimus, quo fere unico ad emendandos quinque priores Polybii libros uſus eſt Is. Caſaubonus. w) Is in Catalogo Codicum Græcorum Msstorum *Bibliothecæ Regiæ* ſignatus eſt *Codex MDCXLIX.* breviterque ſic deſcribitur: *chartaceus, Fonteblandenſis. Polybii Hiſtoriarum libri V. manu Angeli Vergecii.* Nempe & nota erat ſolertiſſi-

w) Vide ſupra, Sect. II. n. 4.

Digitized by Google

lertissimi illius Calligraphi manus, ad cujus exemplum exsculpti sunt elegantissimi illi characteres græci, quibus Robertus Stephanus in regio Typographeo olim usus est, & ipse artifex nomen suum subscripsit his verbis: Ἐγεγράφει (ἐγεγράφη voluerat) ἐν Λευτικίᾳ τῶν Παρησίων, ἐπὶ βασιλέως Ἐρρίκου βου. χειρὶ Ἀγγέλου Βεργικίου τοῦ Κρητός, αω. φω. μζω. id est: *Scriptus liber Lutetiæ Parisiorum, regnante Henrico II. manu Angeli Vergecii Cretensis, anno 1547.* Iam quod ex ipsa hac notatione & temporis & loci, quibus scriptus hic Codex est, suspicari statim licebat, *esse illum ad exemplum Editionis Obsopœi descriptum*, quæ decimo septimo anno ante in lucem prodierat; id curatior Codicis excussio atque perlustratio manifestissimum nobis fecit. Etenim non solum Lectiones, sive bonas, sive corruptas, quæ ex Bavarico Codice in Obsopœi editionem derivatæ sunt nec in ullo alio scripto libro reperiuntur, plerumque repræsentat hic Regius: sed & infinitis in locis, ubi in impresso exemplo, sive editoris errore, sive operarum culpa, perperam discessum est a Bavarico exemplari, fideliter scripturam editionis Hagenoënsis expressit Calligraphus: veluti I. 1, 5. ἐπιφατιθέντα per ι pro η; & ibid. ἐπεσσε, quod (ex ignorato scripturæ nexu, quo literæ ε & σ junctæ erant in Cod. Bav.) Obsopœus dederat pro ἔπεσε. Tum I. 1, 6. μαθύματα pro μαθήματα. Cap. 2, 3. quum ante Λακεδαιμόνιοι, nescio quo casu, breve aliquod spatium in edit. Obsop. vacuum esset relictum, idem observavit scriba codicis nostri. Sic cap. 2, 6. cum eadem editione dat ἐπέβαλον τὸ pro ἐπεβάλοντο. Cap. 14, 1. παρωξυνθὴν pro παρωξύνθην. 14, 3. post πάντα cum Obs. male omisit verbum δοκοῦσιν. I. 78. 5. quum post διαπεφεύντος similitudine terminationis deceptus Obsopœus vel typographus quatuor verba omisissent δ' ἀκμὴν καὶ διαπιστοῦντος, eadem codex noster Reg. B. ignorat. Cum eodem Obsopœo III. 10, 2. ubi in Bav. varietas lectionis

fiat injuria: ceterum, ut impediat, quo minus privatim quam poteſt quisque utilitatem e mari capiat, hoc vero Illyriæ Regibus in more nequaquam eſſe. Tulit indigne hæc illius verba junior legatorum; & apud Reginam libertate uſus, conveniente illa quidem, ſed cui omnino tunc non erat locus: *At Romanis*, inquit, *o Teuta, mos hic eſt pulcerrimus, ut privatim factas injurias publice perſequantur, & injuriam paſſis opem feramus. Operam autem, Deo volente, dabimus, & quidem cito, ut regia illa inſtituta, quæ cum Illyriis tenes, corrigere te cogamus.* Libertatem huius dicti ita iracunde, qui mos eſt mulierum, atque impotenter, accepit *Teuta*, ut, ſpreto gentium jure, mitteret qui proficiſcentes legatos inſequerentur, & liberioris dicti auctorem necarent.

Digitized by Google

13 ἀποκτεῖναι. Προσπεσόντος δὲ τοῦ γεγονότος εἰς τὴν Ῥώμην, διοργισθέντες ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ τῆς γυναικὸς, εὐθέως περὶ παρασκευὴν ἐγίγνοντο, καὶ στρατόπεδα κατέγραφον, καὶ στόλον συνήθροιζον. A.V. 524.

Ἡ δὲ Τεῦτα, τῆς ὥρας ἐπιγενομένης, ἐπισκευάσασα λέμβους πλείους τῶν πρότερον, ἐξαπέστειλε πάλιν εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους. ὧν οἱ μὲν διὰ πόρου τὸν πλοῦν ἐπὶ τὴν Κέρκυραν ἐποιοῦντο, μέρος δέ τι προσέσχε τὸν τῶν Ἐπιδαμνίων λιμένα· λόγῳ μὲν, ὑδρείας καὶ ἐπισιτισμοῦ χάριν, ἔργῳ δ' ἐπιβουλῆς καὶ πράξεως ἐπὶ τὴν πόλιν. τῶν δ' Ἐπιδαμνίων ἀκάκως ἅμα καὶ ῥαθύμως αὐτοὺς παραδεξαμένων, εἰσελθόντες ἐν αὐτοῖς τοῖς περιζώμασιν ὡς ὑδρευσόμενοι, μαχαίρας ἔχοντες ἐν τοῖς κεραμίοις, οὕτω κατασφάξαντες τοὺς φυλάττοντας τὴν πύλην, ταχέως ἐγκρατεῖς ἐγένοντο τοῦ πυλῶνος. IX. Dyrrhachium dolo capiunt Illyrii. A.V. 525.

4 ἐπιγενομένης δὲ κατὰ τὸ συντεταγμένον ἐνεργῶς τῆς ἀπὸ

IX. 3. *ἀκάκως ex conject. correxi. Vulgo edd. & mstti* κακῶς. Ibid. *οὕτω cum Reisk. dedi, pro vulgato* οὗτος.

rent. Quod ut est Romam perlatum, tanto fœminæ hujus scelere irritati Romani, ad belli apparatum illico se convertere, dilectus habere, classem comparare.

9. *Teuta* interim, redeunte vere, lembos a se refectos, majore quam antea numero, in Græciam rursus emisit. Horum alii *Corcyram* recta trajiciunt: quidam ad *Dyrrhachii* portum applicant: specie quidem, ceu aquari & frumentari vellent; re autem ipsa, ut urbem ex insidiis & occulta fraude caperent. Quibus quum *Dyrrhachini*, nihil mali suspectantes, negligenter aditum patefecissent; ingressi sunt solis campestribus succincti, velut aquaturi, in testis absconditos gladios habentes: atque ita portæ custodibus obtruncatis, nullo negotio portam occupant. Celeriter deinde, uti convenerat, auxiliari manu e navibus advenien-

te,

Digitized by Google

A.V. 525. ἀπὸ τῶν πλοίων βοηθείας, παραδεξαμένοι τούτους, ῥᾳδίως κατεῖχον τὰ πλεῖστα τῶν τειχῶν. Τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως ἀπαρασκεύως μὲν, διὰ τὸ παράδοξον, ἐκθύμως δὲ, βοηθούντων καὶ διαγωνιζομένων· συνέβη τοὺς Ἰλλυριοὺς, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀντιποιησαμένους, τέλος ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς πόλεως. Ἐπιδάμνιοι μὲν οὖν ἐν ταύτῃ τῇ πράξει, διὰ μὲν τὴν ὀλιγωρίαν, ἐκινδύνευσαν ἀποβαλεῖν τὴν πατρίδα· διὰ δὲ τὴν εὐψυχίαν, ἀβλαβῶς ἐπαιδεύθησαν πρὸς τὸ μέλλον. τῶν δ' Ἰλλυριῶν οἱ προεστῶτες, κατὰ σπουδὴν ἀναχθέντες, καὶ συνάψαντες τοῖς προπλέουσι, κατῆραν εἰς τὴν Κέρκυραν· καὶ ποιησάμενοι καταπληκτικὴν τὴν ἀπόβασιν, ἐνεχείρησαν πολιορκεῖν τὴν πόλιν. Ὧν συμβαινόντων, οἱ Κερκυραῖοι, δυσχρηστούμενοι καὶ δυσελπίστως διακείμενοι τοῖς ὅλοις, ἐπρεσβεύοντο πρός τε τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς, ἅμα δὲ τούτοις Ἀπολλωνιᾶται καὶ Ἐπιδάμνιοι· δεόμενοι, σφίσι βοηθεῖν κατὰ σπουδὴν, καὶ μὴ

Mox rursus expelluntur.

Corcyram obsident Illyrii.

7. προπλέουσι. *Vulgo omnes* προσπλέουσι. 8. δεόμενοι *carent Bav. Aug. Reg. A. B. C.*

te, junctis viribus murorum partem maximam facile obtinebant. Sed oppidanis, licet imparatis, ut in re inopinata, acriter sese defendentibus, fortiterque dimicantibus; tandem *Illyrii*, postquam diu restitissent, urbe sunt expulsi. Atque ita, per negligentiam quidem *Dyrrhachinorum* factum, ut patriam ipsi suam tantum non amitterent: per virtutem vero, ut nullo suo damno in posterum erudirentur. Illyriorum duces, confestim in altum evecti, & iis juncti qui ante ipsos navigabant, *Corcyram* appellunt: deinde, in ipsa exscensione magno omnibus terrore injecto, urbem obsidere parant. *Corcyrenses*, tanto pressi casu, jamque omni prope spe de summa rerum suarum amissa, legationes ad *Achæos* & *Aetolos* mittunt: & una cum his *Apolloniatæ* ac *Dyrrhachini* venerunt, auxilium & ipsi petentes, orantesque;

ne

μὴ περιιδεῖν σφᾶς αὐτοὺς ἀναστάτους γενομένους A.V. 525.
ὑπὸ τῶν Ἰλλυριῶν. οἱ δὲ, διακούσαντες τῶν πρέσβεων, καὶ προσδεξάμενοι τοὺς λόγους, ἐπλήρωσαν κοινῇ τὰς τῶν Ἀχαιῶν δέκα ναῦς καταφράκτους· καταρτίσαντες δ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ἐλπίζοντες λύσειν τὴν πολιορκίαν.

X. Classem auxiliarem Achæorum profligant ad Paxos inf.

Οἱ δ' Ἰλλυριοὶ, συμπαραλαβόντες Ἀκαρνάνων ναῦς κατὰ τὴν συμμαχίαν, οὔσας ἑπτὰ καταφράκτους, ἀνταναχθέντες, συνέβαλλον τοῖς τῶν Ἀχαιῶν ἀσκάφεσι, περὶ τοὺς καλουμένους Παξούς. Οἱ μὲν οὖν Ἀκαρνᾶνες, καὶ τῶν Ἀχαϊκῶν νεῶν αἱ κατὰ τούτους ταχθεῖσαι, πάρισον ἐποιοῦντο ἀγῶνα, καὶ διέμενον ἀκέραιοι κατὰ τὰς συμπλοκὰς, πλὴν τῶν εἰς ἑαυτοὺς τοὺς ἄνδρας γιγνομένων τραυμάτων. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ, ζεύξαντες τοὺς παρ' αὐτῶν λέμβους ἀνὰ τέτταρας, συνεπλέκοντο τοῖς πολεμίοις. καὶ τῶν μὲν ἰδίων ὠλιγώρουν, καὶ παραβάλλοντες πλαγίους, συνήργουν

9. ἐπὶ τῆς Κερκύρας. *Sic emendavi, cum esset* ἐπὶ τὰς Κερκύρας *in Vat. Flor. Aug. Reg. A.* ἐπὶ τὴν Κέρκυραν *Bav.*

X. 1. συνέβαλλον *Vat.* συνέβαλον *edd. cum ceteris.* Ibid. *Forf.* τὰς καλουμένας Παξ. 3. παρ' αὐτῶν. παρ' αὐτοῖς *vulgo omnes, excepto Vat.*

ne sedibus suis pelli se ab Illyriis paterentur. Benigne hæ legationes sunt acceptæ ab *Achæis* & *Aetolis:* qui auxilii ferendi gratia decem constratas naves, quas habebant Achæi, communi consilio, remigio ac milite omnibusque rebus instruxerunt. Quod ubi paucis diebus fecissent, spe solvendæ obsidionis, *Corcyram* navigant.

10. Illyrii, assumtis ex fœderis legibus septem Acarnanum navibus armatis, in altum provecti, juxta *Paxos* cum Achæorum classe prælium ineunt. Et *Acarnanes* quidem, cum his opposita Achaïcarum navium parte, æquo Marte rem gerentes, integri e dimicatione, exceptis virorum vulneribus, discesserunt. *Illyrii* vero, quaternis lembis simul colligatis, sic cum hostibus confligebant, ut de suis lembis securi, obliquos illos objiciendo,

A.V. 525. ἦργουν ταῖς ἐμβολαῖς τῶν ὑπεναντίων. ὅτε δὲ τρώ-4
σαντες, καὶ δεθέντα κατὰ τὰς ἐμβολάς, ἐδυσχρή-
στουν τὰ τῶν ἀντιπάλων σκάφη, προσκρεμαμένων
αὐτοῖς περὶ τοὺς ἐμβόλους τῶν ἐζευγμένων λέμβων·
τότ' ἐπιπηδῶντες ἐπὶ τὰ καταστρώματα τῶν Ἀχαϊ-
κῶν νεῶν, κατεκράτουν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιβα-
τῶν. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ, τετ[ρ]άρων μὲν πλοίων
ἐκυρίευσαν τετρηρικῶν, μίαν δὲ πεντήρη σὺν αὐτοῖς
Marcus Cerynen-sis. τοῖς ἀνδράσιν ἐβύθισαν· ἐφ' ἧς ἔπλει Μάρκος ὁ Κε-
ρυνεύς, ἀνὴρ πάντα τὰ δίκαια τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν
πολιτεύματι πεποιηκὼς, μέχρι τῆς καταστροφῆς.
Οἱ δὲ πρὸς τοὺς Ἀκαρνᾶνας διαγωνιζόμενοι, συνι-6
δόντες τὸ κατὰ τοὺς Ἰλλυριοὺς προτέρημα, καὶ πι-
στεύοντες τῷ ταχυναυτεῖν, ἐπουρώσαντες, ἀσφα-
λῶς τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν ἐποιήσαντο.
τὸ δὲ τῶν Ἰλλυριῶν πλῆθος, φρονηματισθὲν ἐπὶ τῷ7
προτερήματι, λοιπὸν ἤδη ῥᾳδίως ἐχρήσατο τῇ πο-
λιορκίᾳ, καὶ τεθαῤῥηκότως. Οἱ δὲ Κερκυραῖοι,8
δυσελ-

4. *Pro* τρώσαντα *dant* προσεγγίσαντα *edd. ex Bav.* 5. Κερυνεὺς. *Vulgo omnes h. l.* Καρυνεύς.

do, hoſtilem impetum adjuvarent. Sed poſtquam adverſæ naves, perfoſſis impreſſione facta lembis, ſeſe illigaverant; dum ipſæ impeditæ hærebant, ut ex quarum roſtris vincti inter ſe lembi dependerent; tum vero Illyrii in tabulata *Achaïcarum* navium inſilientes, ob claſſiarii militis multitudinem ſuperiores evadebant. Hac ratione quadriremes quatuor ab iis ſunt captæ; quinqueremis una cum viris ipſis demerſa: in qua *Marcus Cerynenſis* erat, vir erga commune Achæorum omni officii genere ſemper, quoad vixit, egregie functus. Qui cum Acarnanibus dimicabant, ſecundam Illyriorum pugnam cernentes, freti navium ſuarum celeritate, quum ſecundus ventus vela impleret, patriam tuto repetunt. *Illyrii*, hac victoria ſuperbi, de cetero facilem victoriam habuerunt, impune quidvis audentes. *Corcyrenſes*

Digitized by Google

δυσελπιστήσαντες τοῖς ὅλοις ἐκ τῶν συμβεβηκότων, βραχὺν ἔτι χρόνον ὑπομείναντες τὴν πολιορκίαν, συνέθεντο τοῖς Ἰλλυριοῖς, καὶ παρεδέξαντο Φρουράν, καὶ μετὰ τῆς Φρουρᾶς Δημήτριον τὸν Φάριον. τούτων δὲ πραχθέντων, εὐθέως οἱ τῶν Ἰλλυριῶν προεστῶτες ἀνήγοντο· καὶ καταράντες εἰς τὴν Ἐπίδαμνον, ταύτην πάλιν ἐπεβάλοντο πολιορκεῖν τὴν πόλιν. A.V. 525. Corcyra Illyriis se dedit. Demetrius Pharius, Corcyræ præfectus.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τῶν τὰς ὑπάτους ἀρχὰς ἐχόντων Γναίου μὲν Φουλουΐου ἐξέπλει ναυσὶ διακοσίαις ἐκ τῆς Ῥώμης· Αὖλος δὲ Ποστούμιος τὰς πεζικὰς ἔχων δυνάμεις, ἐξώρμα. τὴν μὲν οὖν πρώτην ἐπιβολὴν ἔσχε πλεῖν ὁ Γναῖος ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ὑπολαμβάνων ἔτι καταλήψεσθαι τὴν πολιορκίαν ἄκριτον. ὑστερήσας δὲ τοῦ καιροῦ, ὅμως ἐπὶ τὴν νῆσον ἔπλει, βουλόμενος ἅμα μὲν ἐπιγνῶναι σαφῶς τὰ γεγονότα περὶ τὴν πόλιν· ἅμα δὲ πεῖραν λαβεῖν τῶν παρὰ τοῦ Δημητρίου προσαγγελλομένων. XI. BELLVM ROMANOR. ILLYRICVM. Cn. Fulvius A. Postumius Coss.

8. δυσελπιστήσαντες *Vat. Flor.* δυσελπίσαντες *edd. cum aliis.*
XI. 2. πλεῖν. *Mendose vett. libri* πλεῖον. 3. τοῦ καιροῦ *ex Reg. B. C. adscivi. Perperam veteres* τὸν καιρὸν, *cui Bav.* τῶν καιρῶν *superscripsit.*

cyrenses vero, propter illa quae acciderant, plane omni spe salutis dejecti, non amplius diu obsidione tolerata, pacem cum Illyriis faciunt, & praesidium in urbem suam recipiunt, ac simul cum eo *Demetrium Pharium*. Quibus rebus gestis, duces Illyriorum naves extemplo solvunt, & classe *Dyrrhachium* appulsa, ejus urbis obsidionem iterum moliuntur.

11. Circa idem tempus *Cn. Fulvius Cos.* cum ducentarum navium classe, itemque alter Consul, *A. Postumius*, cum terrestribus copiis, Roma proficiscuntur. *Fulvio* erat animus ante omnia *Corcyram* petere; quod prius se illuc perventurum speraret, quam exitum obsidio haberet. Ac licet serum jam auxilium esset, ad insulam tamen accessit, cum ut propius omnia cognosceret, quae ibi facta essent; tum ut, vera, an falsa essent, quae de Demetrio nuntiabantur, disceret.

Digitized by Google

A.V. 525. Demetrius Pharius & Corcyrenſes Romanis ſe tradunt.

Ὁ γὰρ Δημήτριος ἐν διαβολαῖς ὢν, καὶ φοβούμενος 4
τὴν Τεῦταν, ἐπέμπετο πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ἐπαγγελλόμενος, τήν τε πόλιν ἐγχειριεῖν, καὶ τὰ λοιπὰ πράγματα παραδώσειν, ὧν ἦν αὐτὸς κύριος. Οἱ δὲ Κερκυραῖοι, τὴν παρουσίαν τῶν Ῥωμαίων ἀσμένως ἰδόντες, τήν τε φρουρὰν παρέδοσαν τῶν Ἰλλυριῶν μετὰ τῆς τοῦ Δημητρίου γνώμης, αὐτοί τε σφᾶς ὁμοθυμαδὸν ἔδωκαν παρακληθέντες εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων πίστιν· μίαν ταύτην ὑπολαβόντες ἀσφάλειαν αὐτοῖς ὑπάρχειν εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον πρὸς τὴν τῶν Ἰλλυριῶν παρανομίαν. Ῥωμαῖοι δὲ, προσ- 6
δεξάμενοι τοὺς Κερκυραίους εἰς τὴν φιλίαν, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Ἀπολλωνίας, ἔχοντες εἰς τὰ κατάλοιπα τῶν πραγμάτων ἡγεμόνα τὸν Δημήτριον. Κατὰ δὲ 7
τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ Ποστούμιος τὰς πεζικὰς διεβίβαζε δυνάμεις ἐκ τοῦ Βρεντεσίου; πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ περὶ δισχιλίους. ἅμα δὲ τῷ 8
προσέχειν ἑκατέρας ὁμοῦ τὰς δυνάμεις πρὸς τὴν Ἀπολλω-

4. ἐπέμπετο *Vat. Flor.* ἔπεμπε *edd. cum ceteris.* 7. Βρεντεσίου. Βρεντησίου *edd. ex Bav.* 8. προσέχειν. προσελθεῖν *iid. ex cod.*

diſceret. *Demetrius* enim, nonnullis apud *Teutam* ipſum criminantibus, metuens ab illa ſibi, ad Romanos miſerat, qui pollicerentur, & urbem ſe, & quæcunque alia in poteſtate haberet, ipſis traditurum. *Corcyrenſes*, Romanorum adventu læti, præſidium Illyriorum conſentiente *Demetrio* eis tradunt: deinde etiam, invicem cohortati, de communi cunctorum ſententia, fidei Romanorum ſe dedunt: hanc ſolam rati ſupereſſe rationem, qua tuti in poſterum ab Illyriorum injuriis forent. Romani, Corcyrenſibus in amicitiam receptis, *Apolloniam* claſſe petunt, ducem ad peragenda reliqua *Demetrium* habentes. Inter hæc & *Poſtumius* terreſtres copias Brunduſio trajecit: pedites ad viginti millia, equitum duo millia. Vterque ſimul exercitus *Apolloniam* appulit;

Digitized by Google

Ἀπολλωνίαν, ὁμοίως καὶ τούτων ἀποδεξαμένων καὶ δόντων ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐπιτροπὴν, παραχρῆμα πάλιν ἀνήχθησαν, ἀκούοντες πολιορκεῖσθαι τὴν Ἐπίδαμνον. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ συνέντες τὴν ἔφοδον τῶν Ῥωμαίων, οὐδενὶ κόσμῳ λύσαντες τὴν πολιορκίαν, ἔφυγον. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ τοὺς Ἐπιδαμνίους παραλαβόντες εἰς τὴν πίστιν, προῆγον εἰς τοὺς ἔσω τόπους τῆς Ἰλλυρίδος, ἅμα καταστρεφόμενοι τοὺς Ἀρδιαίους. συμμιξάντων δὲ πρεσβευτῶν αὐτοῖς καὶ πλειόνων, οἱ παρὰ τῶν Παρθενῶν ἦκον, ἐπιτρέποντες τὰ καθ' αὐτοὺς· δεξάμενοι τούτους εἰς τὴν φιλίαν, παρὰ πλησίως δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν Ἀτιντάνων προσελθόντας, προῆγον ὡς ἐπὶ τὴν Ἴσσαν, διὰ τὸ καὶ ταύτην ὑπὸ τῶν Ἰλλυριῶν πολιορκεῖσθαι τὴν πόλιν. ἀφικόμενοι δὲ, καὶ λύσαντες τὴν πολιορκίαν, προσεδέξαντο καὶ τοὺς Ἰσσαίους εἰς τὴν ἑαυτῶν πίστιν. ἦλον δὲ καὶ πόλεις τινὰς Ἰλλυρίδας ἐν τῷ παράπλῳ

A.V. 525. Tum Apollonia & Dyrrhachium.

Ardiæi ſubacti.

Partheni, Atintani, Iſſæi, in fidem recepti.

Q 3 κατὰ

10. Ἀρδιαίους. *Mſti omnes b. l.* Σαρδιαίους. 11. Παρθενῶν. *Forſ.* Παρθηνῶν.

appulit; & ſtatim eos Apolloniatæ pariter, ut Corcyrenſes, in urbem receperunt, & Romanorum fidei ſe tradiderunt. Quo facto, e veſtigio Conſules, quod *Dyrrhachium* obſideri audierant, portu rurſus ſolvunt. Illyrii, ubi adventare Romanos ſenſere, obſidione ſoluta effuſam fugam capeſſunt. Dyrrhachinis quoque in fidem receptis, ad interiora Illyrici progrediuntur, ſubactis obiter *Ardiæis*. Adfuere mox plures legationes aliorum populorum; & in his etiam *Parthenorum*, nec non *Atintanum*: qui omnes, quum ſe fidei Romanorum permitterent, ſunt in amicitiam ſuſcepti. Ita ventum ad *Iſſam* urbem, quæ & ipſa ab Illyriis oppugnabatur. Adventu Romanorum ſolutum eſt obſidium: Iſſæi in fidem recepti. Sed & per vim, dum oram illam prætervehuntur, ex Illyricis oppidis quædam Conſules expugna-

Digitized by Google

A.V. 525. Damnum ad Nutriam acceptum.

κατὰ κράτος· ἐν αἷς περὶ Νουτρίαν οὐ μόνον τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλον πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν χιλιάρχων τινὰς καὶ τὸν ταμίαν. ἐκυρίευσαν δὲ καὶ λέμβων εἴκοσι, τῶν ἀποκομιζόντων τὴν ἐκ τῆς χώρας ὠφέλειαν. τῶν δὲ πολιορκούντων τὴν Ἴσσαν, οἱ μὲν ἐν τῇ Φάρῳ διὰ τὸν Δημήτριον ἀβλαβεῖς ἔμειναν· οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἔφυγον εἰς τὸν Ἄρβωνα σκεδασθέντες. ἡ δὲ Τεῦτα πάνυ μετ' ὀλίγων εἰς τὸν Ῥίζονα διεσώθη, πολισμάτιον εὖ πρὸς ὀχυρότητα κατεσκευασμένον, ἀνακεχωρηκὸς μὲν ἀπὸ τῆς θαλάττης, ἐπ' αὐτῷ δὲ κείμενον τῷ Ῥίζονι ποταμῷ. Ταῦτα δὲ πράξαντες, καὶ τῷ Δημητρίῳ τοὺς πλείους ὑποτάξαντες τῶν Ἰλλυριῶν, καὶ μεγάλην αὐτῷ περιθέντες δυναστείαν, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν Ἐπίδαμνον ἅμα τῷ στόλῳ καὶ τῇ πεζικῇ δυνάμει.

Arbo opp.

Rizon opp. & fluv.

Demetrius a Romanis Illyrico præficitur.

XII. Pax Illyriis data. A.V. 526.

Γναῖος μὲν οὖν Φουλούϊος εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέπλευσε, τὸ πλεῖον ἔχων μέρος τῆς τε ναυτικῆς καὶ πεζικῆς στρατιᾶς. ὁ δὲ Ποστούμιος, ὑπολειπόμενος τετ-

15. Ἄρβωνα. Ἀρβῶνα edd. invitis mss. Narbonem Perrott. An Νάρβωνα, vel potius Νάρωνα? 16. Ῥίζονα. Ῥίζωνα Aug. Reg. A. & mox Ῥίζωνι Aug. 17. πλείους. πλείστους Vat. Aug. Reg. A.

pugnavere: in his *Nutriam*, ad quam non ſolum multos milites, ſed etiam tribunorum aliquos & Quæſtorem amiſerunt. Ceperunt autem & lembos viginti, qui fructus ex agris devehebant. Eorum qui *Iſſam* obſidebant, Pharii quidem in gratiam Demetrii immunes omni damno manſerunt: reliqui omnes varie diſſipati *Arbonem* confugerunt. Teuta cum paucis admodum *Rizonem* evaſit: id nomen eſt oppiduli, egregie muniti, procul quidem a mari, ad ipſum vero *Rizonem fluvium* ſiti. His rebus geſtis, Romani plerosque Illyrici populos *Demetrio* ſubjiciunt: magnoque illi dominatu tradito, utrumque exercitum *Dyrrhachium* reducunt.

12. Romam inde *Cn. Fulvius*, cum majore parte navalium terreſtriumque copiarum, eſt reverſus. *Poſtumius*

Digitized by Google

τετραρέκοντα σκάφη, καὶ στρατόπεδον ἐκ τῶν πε- A.V. 526.
ρικειμένων πόλεων ἀθροίσας, παρεχείμαζε· συνεφε- Pax Illyriis data.
δρεύων τῷ τε τῶν Ἀρδιαίων ἔθνει, καὶ τοῖς ἄλλοις
3τοῖς δεδωκόσιν ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν. Ὑπὸ δὲ τὴν
ἐαρινὴν ὥραν ἡ Τεῦτα διαπρεσβευσαμένη πρὸς τοὺς
Ῥωμαίους, ποιεῖται συνθήκας, ἐν αἷς εὐδόκησε· Φό-
ρους τε τοὺς διαταχθέντας οἴσειν, πάσης
τε ἀναχωρήσειν τῆς Ἰλλυρίδος, πλὴν ὀλί-
γων τόπων· καὶ, τὸ συνέχον ὃ μάλιστα πρὸς
τοὺς Ἕλληνας διέτεινε· μὴ πλεύσειν πλέον ἢ δυ-
σὶ λέμβοις ἔξω τοῦ Λίσσου, καὶ τούτοις
4ἀνόπλοις. Ὧν συντελεσθέντων, ὁ Ποστούμιος με- Legatio Romana ad Græcos de rebus Illyricis.
τὰ ταῦτα πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλε πρός τε τοὺς
Αἰτωλοὺς καὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος· οἱ καὶ παρα-
γενόμενοι, πρῶτον μὲν ἀπελογίσαντο τὰς αἰτίας τοῦ
πολέμου, καὶ τῆς διαβάσεως, ἔξῆς δὲ τούτοις, τὰ

XII. 2. Ἀρδιαίων. Ἀρδυαίων *b. l. Bav.* 3. μὴ πλεύσειν. καὶ μὴ πλεύσειν *edd. ex Bav.* 4. ἀπελογίσαντο *correxit Casaub. cum esset* ἀπελογήσ.

mius cum XL navibus longis est relictus; & exercitu e circumjacentibus oppidis conscripto, in hiberna concessit, ita ut simul *Ardiæis* reliquisque populis, qui fidei Rom. se permiserant, esset præsidio. Sub initium veris *Teuta*, legatis ad Romanos missis, pacem hisce conditionibus cum illis sanxit: *Vt tributa, quæ ipsi imperarentur, quotannis penderet: ut toto Illyrico, paucis exceptis locis, cederet: et* (quo continetur id, quod ad Græcos maxime pertinebat) *ne pluribus quam duobus lembis, iisque inermibus, ultra Lissum navigare ei liceret.* Quibus rebus confectis, *Postumius* legatos ad Aetolos & Achæorum gentem mittit; qui caussas primum belli, & trajectionis Romanorum in illas partes, eis exponerent; deinde, quæ gesta erant, commemorarent; denique

A.V. 526. Legatio Romana ad Græcos de rebus Illyricis.

πεπραγμένα διεξῆλθον, καὶ τὰς συνθήκας παρανέγνωσαν, ἃς ἐπεποίηντο πρὸς τοὺς Ἰλλυριούς. τυχόντες δὲ παρ' ἑκατέρου τῶν ἐθνῶν τῆς καθηκούσης φιλανθρωπίας, αὖθις ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κέρκυραν, ἱκανοῦ τινὸς ἀπολελυκότες φόβου τοὺς Ἕλληνας διὰ τὰς προειρημένας συνθήκας. οὐ γὰρ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσι, τότε κοινοὺς ἐχθροὺς εἶναι συνέβαινε τοὺς Ἰλλυριούς. Ἡ μὲν οὖν πρώτη διάβασις Ῥωμαίων μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰλλυρίδα καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς Εὐρώπης, ἔτι δ' ἐπιπλοκὴ μετὰ πρεσβείας εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους, τοιάδε καὶ διὰ ταύτας ἐγένετο τὰς αἰτίας. ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς καταρχῆς, Ῥωμαῖοι μὲν εὐθέως ἄλλους πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς Κορινθίους καὶ πρὸς Ἀθηναίους· ὅτε δὴ καὶ Κορίνθιοι πρῶτον ἀπεδέξαντο μετέχειν Ῥωμαίους τοῦ τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνος.

Romani Isthmicorum ludorum participes facti.

Ἀσδρού-

4. ἐπεποίηντο *Vat. Flor.* ἐποιήσαντο *edd. cum cet.*

denique pacis leges, cum Illyriis initæ, in confessu illorum prælegerent. Legati, ea qua par erat comitate habiti ab utroque populo, *Corcyram* revertuntur; non mediocri metu liberatis Græciæ populis per prædictas pacis leges. Quippe ea tempestate, non horum aut illorum, sed in universum omnium Græcorum hostes erant Illyrii. *Prima* igitur *Romanorum cum exercitu in Illyricum, & partes illas Europæ, trajectio; primum item cum Græciæ populis per legationem commercium* ejusmodi fuit, easque causas habuit. Ab illo vero initio, mox deinde alii ad *Corinthios* atque *Athenienses* legati missi fuere a Romanis: eoque primum tempore a Corinthiis decretum est, ut *Isthmicorum Ludorum participes Romani* fierent.

13. Iis-

Digitized by Google

Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους (ἐν γὰρ τούτοις ἀπελίπομεν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν) συνεχῶς καὶ πραγματικῶς χειρίζων τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, ἔν τε τοῖς ὅλοις μεγάλην ἐποιεῖτο προκοπήν, τήν τε παρὰ μέν τισι Καρχηδόνα, παρὰ δέ τισι Καινὴν πόλιν προσαγορευομένην κατασκευάσας, οὐ μικρά, μεγάλα δὲ συνεβάλλετο Καρχηδονίοις, εἰς πραγμάτων λόγον· καὶ μάλιστα διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, πρός τε τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τὴν Λιβύην· περὶ ἧς ἡμεῖς, εὐφυέστερον καιρὸν λαβόντες, ὑποδείξομεν τὴν θέσιν αὐτῆς καὶ τὴν χρείαν, ἣν ἀμφοτέρους δύναται παρέχεσθαι τοῖς εἰρημένοις χώραις. Ὃν καὶ θεωροῦντες Ῥωμαῖοι, μείζω καὶ φοβερωτέραν ἤδη συνιστάμενον δυναστείαν, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ πολυπραγμονεῖν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. εὑρόντες δὲ σφᾶς ἐπικεκοιμημένους ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, καὶ προϊε-

A.V. 526. XIII. RES HISPANIENSES. Asdrubal Novam Carthaginem condit.

XIII. 4. προϊεμένους revocavi ex Bav. quod Casaub. in προεμένους mutavit. προϊμένους Flor. Aug. Reg. A. forsan ex προσιμένους.

13. Iisdem temporibus *Asdrubal*, (in eo namque eramus, cum a *rebus Hispaniæ* divertimus:) magna prudentia atque solertia provinciam administrans, cum aliis omnibus ad summam rerum proficiebat; tum urbe condita, quam alii *Carthaginem*, alii *Novam Vrbem* nuncupant, magnum ad amplificandum Pœnorum imperium momentum attulerat. Nam, ut alia ne dicam, loci opportunitas maxima est, sive in Hispania, sive in Africa res sint gerendæ. Cujus urbis situm, & quanta illius queat esse utilitas ad utramque regionem, alibi commodiore loco declarabimus. Vbi animadvertere *Romani*, magnam hunc & jam terribilem consecutum esse potentiam; ipsi quoque aliquid in Hispania tentandi impetum cœperunt. Quumque ita judicarent, eo crevisse opes Carthaginiensium, quia ipsi hactenus profundo

A.V. 526. μένους εἰς τὸ μεγάλην χεῖρα κατασκευάσασθαι Καρχηδονίους, ἀνατρέχειν ἐπειρῶντο κατὰ δύναμιν.

Fœdus Romanorum cum Asdrubale.

Αὐτόθεν μὲν οὖν ἐπιτάττειν ἢ πολεμεῖν οὐκ ἐτόλμων τοῖς Καρχηδονίοις, διὰ τὸ τὸν ἀπὸ τῶν Κελτῶν φόβον ἐπικρέμασθαι τοῖς σφετέροις πράγμασι, καὶ μονονοὺ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσδοκᾶν τὴν ἔφοδον αὐτῶν. καταψήσαντες δὲ καὶ πραΰναντες τὸν Ἀσδρούβαν, οὕτως ἔκριναν ἐγχειρεῖν τοῖς Κελτοῖς, καὶ διακινδυνεύειν πρὸς αὐτούς· οὐδέ ποτ' ἂν ὑπολαμβάνοντες, οὐχ οἷόν δυναστεῦσαι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ἀλλ' οὐδ' ἀσφαλῶς οἰκῆσαι τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, τούτους ἔχοντες ἐφέδρους τοὺς ἄνδρας. Διόπερ ἅμα τῷ, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, ποιήσασθαι συνθήκας, ἐν αἷς τὴν μὲν ἄλλην Ἰβηρίαν παρεσιώπων, τὸν δὲ καλούμενον Ἴβηρα ποταμὸν οὐκ ἔδει Καρχηδονίους ἐπὶ πολέμῳ διαβαίνειν, εὐθέως ἐξήνεγκαν τὸν πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κελτοὺς πόλεμον.

Ὑπὲρ

fundo quodam ſomno capti omnem illarum rerum curam neglexerant; quod prius erat peccatum, emendare omnibus viribus ſtudebant. Sed impræſentiarum quidem durius aliquid Carthaginienſibus imperare, aut bellum adverſus eos movere, ob impendentem a Gallis metum, non audebant; quippe tantum non quotidie exſpectabant nuncium de impetu ab his in Rom. imperium facto. Igitur mitigandum ſibi eſſe deliniendumque *Aſdrubalem* prius ſtatuunt: atque ita Gallos aggrediendum, & acie cum ipſis dimicandum: quippe, dum a tergo ſibi ſemper imminentes Gallos haberent, non dicam imperare Italiæ, ſed ne patriam quidem ſine periculo retinere ſe poſſe, arbitrabantur. Quapropter, icto per legatos *fœdere cum Aſdrubale*, quo cavebatur, *ne Iberum amnem, bellandi conſilio, tranſirent Pœni*, nulla interim reliquæ Hiſpaniæ mentione facta; extemplo *adverſus Gallos Italiam incolentes* bellum ſuſcepere.

14. De

Digitized by Google

Ὑπὲρ ὧν δοκεῖ μοι χρήσιμον εἶναι, κεφαλαιώδη μὲν ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, ἵνα τὸ τῆς προκατασκευῆς οἰκεῖον συνεωσώμεν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν· ἀναδραμεῖν δὲ τοῖς χρόνοις ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἐξ ὅτου κατέσχον οἱ προειρημένοι τὴν χώραν. ἡγοῦμαι γὰρ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν οὐ μόνον ἀξίαν εἶναι γνώσεως καὶ μνήμης, ἀλλὰ καὶ τελέως ἀναγκαίαν, χάριν τοῦ μαθεῖν, τίσι μετὰ ταῦτα πιστεύσας ἀνδράσι καὶ τόποις Ἀννίβας ἐπεβάλετο καταλύειν τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν. Πρῶτον δὲ περὶ τῆς χώρας ἑητέον, ποία τίς ἐστι, καὶ πῶς κεῖται πρὸς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν. οὕτω γὰρ ἔσται καὶ τὰ περὶ τὰς πράξεις διαφέροντα κατανοεῖν βελτίονα, ὑπογραφέντων τῶν περί τε τοὺς τόπους καὶ τὴν χώραν ἰδιωμάτων. Τῆς δὴ συμπάσης Ἰταλίας τῷ σχήματι

XIV. RES GALLICAE.

Gallia Cisalpina.

XIV. 1. *συνεώσωμεν. συσσώσωμεν utique malim cum Ernest.* 3. *κατανοεῖν. Vulgo omnes κατὰ τὸ νοεῖν. Correxi ex mente Casaub. & Reiskii.*

14. De his *Gallis* operæ pretium mihi videtur, nonnihil commemorare; summatim illud quidem, quo servetur ratio ea, quæ ex instituto nostro, quod inde ab initio secuti sumus, propria est huic *Præparationi;* at paullo tamen altius repetita narratione ab eis temporibus, quibus illas regiones occupare cœperunt. Res namque illorum non solum scitu memoratuque dignas ducimus; sed etiam prorsus necessarias, ut cognosci deinceps queat, quibus viris, quibusve locis fretus *Hannibal* Romanorum imperium evertere sit aggressus. Sed *de regione ipsa* prius nobis dicendum, qualis ipsa sit, & quomodo ad reliquam Italiam sita. Locorum enim & provinciæ universæ natura ob oculos posita, melius, quæ fuerint præcipue observanda in actionibus posteà commemorandis, capias. Quum igitur *trigoni speciem Italia*

Digitized by Google

Italiæ figura triquetra.

ματι τριγωνοειδοῦς ὑπαρχούσης, τὴν μὲν μίαν ὁρίζει πλευρὰν αὐτῆς, τὴν πρὸς ἀνατολὰς κεκλιμένην, ὅ τ' Ἰόνιος πόρος, καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπος· τὴν δὲ πρὸς μεσημβρίαν καὶ δυσμὰς τετραμμένην, τὸ Σικελικὸν καὶ Τυρρηνικὸν πέλαγος. αὗται δ' αἱ πλευραὶ συμπίπτουσαι πρὸς ἀλλήλας, κορυφὴν ποιοῦσι τοῦ τριγώνου, τὸ προκείμενον ἀκρωτήριον τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν μεσημβρίαν, ὃ προσαγορεύεται μὲν Κόκυνθος, διαιρεῖ δὲ τὸν Ἰόνιον πόρον καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος. τὴν δὲ λοιπὴν τὴν παρά τε τὰς ἄρκτους καὶ τὴν μεσόγαιαν παρατείνουσαν, ὁρίζει κατὰ τὸ συνεχὲς ἡ τῶν Ἄλπεων παρώρεια, λαμβάνουσα τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Μασσαλίας καὶ τῶν ὑπὲρ τὸ Σαρδῶον πέλαγος τόπων, παρήκουσα δὲ συνεχῶς μέχρι πρὸς τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρίου μυχόν· πλὴν βραχέος, ὃ προκαταλήγουσα λείπει τοῦ μὴ συνάπτειν αὐτῷ. παρὰ δὲ τὴν προειρημένην παρώρειαν, ἣν δεῖ νοεῖν ὡσανεὶ βάσιν τοῦ τριγώ-

ξ. Κόκυνθος. Κόκυνθος edd. invitis vett. libris.

Italia tota referat; unum ejus latus, quod orientem ſpectat, Ionium mare & continuus illi ſinus Adriaticus terminant; meridiei vero & occidenti obverſum latus, Siculum Etruſcumque mare. Qua ſe duo hæc latera contingunt, triquetræ figuræ vertex efficitur: eſtque ibi procurrens ex Italia meridiem verſus promontorium, quod *Cocynthus* appellatur, quo ſeparantur Ionium mare & Siculum pelagus. Reliquum latus, quod ſeptentrionem ſpectat, & mediterranea prætexit, *Alpium* continua juga definiunt: quæ a *Maſſilia* & ſuperjectis mari Sardoo locis incipiunt, indeque tractu perpetuo ad ultimum Adriatici ſinus receſſum extenduntur; niſi quod aliquantulo prius deſinunt, quam mare contingant. Horum montium latus illud, quod meridiem ſpectat,

Digitized by Google

τριγώνου, παρὰ ταύτην ἀπὸ μεσημβρίας ὑπόκειται πεδία τῆς συμπάσης Ἰταλίας τελευταῖα πρὸς τὰς ἄρκτους, ὑπὲρ ὧν ὁ νῦν δὴ λόγος· ἀρετῇ καὶ μεγέθει διαφέροντα τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, ὅσα πέπτωκεν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὅλον εἶδος καὶ τῆς ταῦτα τὰ πεδία περιγραφούσης γραμμῆς τριγωνοειδές. τούτου δὲ τοῦ σχήματος τὴν μὲν κορυφὴν ἥ τε τῶν Ἀπεννίνων καλουμένων ὀρῶν καὶ τῶν Ἀλπεινῶν σύμπτωσις, οὐ μακρὰν ἀπὸ τοῦ Σαρδῴου πελάγους ὑπὲρ Μασσαλίας, ἀποτελεῖ. τῶν δὲ πλευρῶν παρὰ μὲν τὴν ἀπὸ τῶν ἄρκτων, ὡς ἐπάνω προεῖπον, τὰς Ἄλπεις αὐτὰς ἐπὶ δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους παρήκειν συμβαίνει. παρὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας, τὸν Ἀπεννίνον ἐπὶ τρισχιλίους ἑξακοσίους. βάσεώς γε μὴν τάξιν λαμβάνει τοῦ παντὸς σχήματος ἡ παραλία τοῦ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπου· τὸ δὲ μέγεθος τῆς βάσεώς ἐστιν, ἀπὸ πόλεως Σήνης ὡς ἐπὶ τὸν μυχὸν, ὑπὲρ

Figura & fines Galliæ Cisalpinæ.

8. Σαρδῴου. Σαρδονίου edd. ex Bav. 9. Ἄλπεις αὐτὰς. Sic correxi cum Reisk. Vulgo omnes Ἄλπεις αὐτῶν.

ſpectat, pro baſi trigoni accipiendum eſt: eique ſubjecti campi ſunt, in ultima & maxime boreali parte Italiæ ſiti, de quibus nunc nobis ſermo eſt; camporum omnium, quos nos quidem vel vidimus, vel fama novimus, tota Europa præſtantiſſimi rebus omnibus, latiſſimeque patentes. Habet vero planities etiam iſta figuram & ambitum ſimilem trigono: cujus verticem contactus duorum montium facit, Apennini atque Alpium, non procul a Sardinio mari, ſupra Maſſiliam. Porro boreale hujus latus claudunt perpetua ipſarum *Alpium juga*, ut ante dicebamus, per M. P. CCLXXV: meridionale, *Apenninus*, patens in longitudinem CDL millia paſſuum. Locum baſeos figuræ totius obtinet ora maritima Adriatici ſinus, ab urbe *Sena* ad ultimum usque re-

Digitized by Google

ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους σταδίους καὶ πεντακοσίους. ὥστε τὴν πᾶσαν περίμετρον τῶν προειρημένων πε- 12
δίων, μὴ πολὺ λείπειν τῶν μυρίων σταδίων.

XV. Vbertas Galliæ Cisalpinæ.

Περί γε μὴν τῆς ἀρετῆς, οὐδ' εἰπεῖν ῥᾴδιον. σίτου τε γὰρ τοσαύτην ἀφθονίαν ὑπάρχειν συμβαίνει κατὰ τοὺς τόπους, ὥστ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς πολλάκις τετ[ρ]άρων ὀβολῶν εἶναι τῶν πυρῶν τὸν Σικελικὸν μέδιμνον, τῶν δὲ κριθῶν δυοῖν, τοῦ δ' οἴνου τὸν μετρητὴν ἰσόκριθον. ἐλύμου γε μὴν καὶ κέγχρου τελέως ὑπερβάλλουσα δαψίλεια γίγνεται παρ' αὐτοῖς. τὸ δὲ τῶν βαλάνων πλῆθος τὸ γιγνόμενον ἐκ τῶν κατὰ διάστημα δρυμῶν ἐν τοῖς πεδίοις, ἐκ τούτων ἄν τις μάλιστα τεκμήραιτο· πλείστων γὰρ ὑ- 3
κῶν ἱερείων κοπτομένων ἐν Ἰταλίᾳ, διά τε τὰς εἰς τοὺς ἰδίους βίους, καὶ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραθέσεις, τὴν ὁλοσχερεστάτην χορηγίαν ἐκ τούτων συμβαίνει τῶν πεδίων αὐτοῖς ὑπάρχειν. περὶ δὲ τῆς 4
κατὰ μέρος εὐωνίας καὶ δαψιλείας τῶν πρὸς τὴν τροφὴν

receſſum per CCCXII millia & quingentos paſſus, atque amplius, progrediens. Vt non multum abſit, quin univerſus ambitus dictæ planitiei, millia paſſuum colligat CIↃCCL.

15. Quantum vero excellat rebus omnibus hic terrarum tractus, ne dici quidem ſatis poteſt. Iam primum, *frumenti* ea *copia* eſt, ut perſæpe noſtra hac ætate tritici medimnus Siculus obolis quatuor veneat, hordei duobus; *vini* metreta ejusdem pretii ſit cum medimno hordei. *Panico* & *milio* adeo abundat, ut nihil ſupra. *Glans* quam larga copia in quercetis proveniat, quæ totis illis campis per intervalla cernuntur, ſic facile intelligas: nempe, quum plurimos Itali homines *porcos* mactent, tum ut privatim illis victitent, tum ut in uſus exercituum reponant; maximam eorum copiam hæc planities ſubminiſtrat. Omnium denique rerum ad victum neceſſariarum quanta

ſit

Digitized by Google

τροφὴν ἀνηκέντων οὕτως ἄν τις ἀκριβέστατα κα-
5τανοήσειε· ποιοῦνται γὰρ τὰς καταλύσεις οἱ διο-
δεύοντες τὴν χώραν ἐν τοῖς πανδοχείοις, οὐ συμφω-
νοῦντες περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐπιτηδείων, ἀλλ' ἐρω-
6τῶντες, πόσου τὸν ἄνδρα δέχεται. ὡς μὲν οὖν ἐπὶ
τὸ πολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς,
ὡς ἱκανὰ πάντ' ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ἡμιασ-
σαρίου· τοῦτο δ' ἔστι τέταρτον μέρος ὀβολοῦ· σπα-
7νίως δὲ τοῦθ' ὑπερβαίνουσι. τό γε μὴν πλῆθος τῶν
ἀνδρῶν, καὶ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος τῶν σωμάτων,
ἔτι δὲ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις τόλμαν, ἐξ αὐτῶν τῶν
8πράξεων σαφῶς ἔστιν καταμαθεῖν. Τῶν δ' Ἀλ- Galli Alpini.
πεων ἑκατέρας τῆς πλευρᾶς, τῆς ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν
ποταμὸν, καὶ τῆς ἐπὶ τὰ προειρημένα πεδία νευού-
σης, τοὺς βουνώδεις καὶ γαιώδεις τόπους κατοικοῦσι,
τοὺς μὲν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καὶ τὰς ἄρκτους ἐστραμ-
μένους, Γαλάτας Τρανσάλπινοι προσαγορευόμενοι·
τοὺς

Vbertas Galliæ Cisalpinæ.

XV. 6. *πανδοχεῖς. πανδοκεῖς Flor. Aug. Reg. A.* 7. *καὶ πάλλος. καὶ τὸ πάλλος edd. ex Bav.* 8. *γαιώδεις. γεώδεις Flor. Aug. Reg. A. C.*

fit vilitas atque abundantia, ex eo non male aliquis conjiciat. Scilicet qui per regionem iter faciunt, cum ad *caupones* divertunt, non paciscuntur de singulis rebus, quas cupiunt, particulatim; sed, *quanti quemque excipiant?* rogant. Atque illi ut plurimum, *præbituros se hospitibus necessaria omnia, ita ut desit nihil*, recipiunt, *semisse*; quæ oboli quarta pars est; idque pretium raro excedunt. *Incolarum* multitudinem, corporum magnitudinem ac pulchritudinem, nec non audaciam in bellis, res gestæ manifesto arguent. In utroque Alpium latere, tam eo quod Rhodanum fluvium, quam quod prædictos campos spectat, paullo humiliores colles depressioraque loca incolis frequentata sunt: versus Rhodanum atque septentrionem *Galli Transalpini*, qui vocantur, habi-

Digitized by Google

τοὺς δ' ἐπὶ τὰ πεδία, Ταυρίσκοι καὶ Ἄγωνες, καὶ πλείω γένη βαρβάρων ἕτερα. Τρανσάλπινοι γε μὴν, οὐ διὰ τὴν τοῦ γένους, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ τόπου διαφορὰν προσαγορεύονται· τὸ γὰρ τρᾶνς ἐξερμηνευόμενόν ἐστι πέραν· διὸ τοὺς ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων, Τρανσαλπίνους καλοῦσι. Τὰ δ' ἄκρα, διά τε τὴν τραχύτητα καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπιμενούσης ἀεὶ χιόνος, ἀοίκητα τέως ἐστί.

Galli Transalpini.

XVI. Apenninus mons.

Τὸν δ' Ἀπέννινον, ἀπὸ μὲν τῆς ἀρχῆς, τῆς ὑπὲρ Μασσαλίαν καὶ τῆς πρὸς τὰς Ἄλπεις συμπτώσεως, Λιγυστινοὶ κατοικοῦσι, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος πλευρὰν αὐτοῦ κεκλιμένην, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ πεδία· πρὸς θάλατταν μὲν, μέχρι πόλεως Πίσης, ἣ πρώτη κεῖται τῆς Τυρρηνίας ὡς πρὸς τὰς δυσμάς· κατὰ δὲ τὴν μεσόγαιαν, ἕως τῆς Ἀρρητίνων χώρας. ἔξῃς δὲ Τυρρηνοί· τούτοις δὲ συνεχεῖς ἑκάτερον τὸ κλίμα νέμονται τῶν προειρημένων ὀρῶν Ὄμβροι.

9. Ἄγωνες/ Ἀγῶνες edd. invitis vett. libris. An Εὔγανες vel Εὐγανεῖς? 10. τέως ἐστί. Forſ. τελέως ἐστί. Reisk.

XVI. 1. τὸν δ' Ἀπέννινον. τὸ δ' Ἀπ. Bav. Ang. Reg. A. τῶν δ' Ἀπεννίνων Vrb. Poſſis ſuſpicari τοῦ δ' Ἀπεννίνου. 2. Πίσης. Πίσσης edd. ex Bav.

habitant; verſus campos illos, *Tauriſci* & *Agones*, [an *Euganes?*] & aliæ gentes barbaræ. *Transalpini* e re nomen habent: neque enim ad generis differentiam, ſed quia trans Alpes habitant, ſic Italis ſunt dicti. Cacumina vero, propter locorum aſperitatem, & altas nives ibi perennantes, a nemine adhuc coluntur.

16. *Apenninum*, inde a principio, quod ſupra Maſſiliam eſt, ubi Alpibus jungitur, *Ligures* habitant ex utroque latere, & quod Etruſcum mare ſpectat, & quod illam, de qua diximus, planitiem; illic quidem, ſecundum mare, *Piſam* usque, primam Etruriæ urbem, occidentem verſus; hinc vero, in mediterraneis, usque ad fines *Arretinorum*. Sequuntur *Etruſci*; & qui hos contingunt *Umbri*, dictorum montium latus utrumque inha-

Digitized by Google

4 Ὄμβροι. Λοιπὸν ὁ μὲν Ἀπέννινος, ἀπέχων τῆς κα- Apennitὰ τὸν Ἀδρίαν θαλάττης σταδίους ὡσανεὶ πεντακο- nus mons.
σίους, ἀπολείπει τὰ πεδία, δεξιὸς ἀπονεύων, καὶ
διὰ μέσης τῆς λοιπῆς Ἰταλίας διήκων εἰς τὸ Σικελι-
5κὸν κατατείνει πέλαγος. τὸ δ' ἀπολειπόμενον μέ-
ρος πεδινὸν τῆς πλευρᾶς, ἐπὶ θάλατταν καὶ πόλιν
6καθήκει Σήνην. Ὁ δὲ Πάδος ποταμὸς, ὑπὸ δὲ τῶν Padus
ποιητῶν Ἠριδανὸς θρυλλούμενος, ἔχει μὲν τὰς πη- fluvius.
γὰς ἀπὸ τῶν Ἄλπεων, ὡς πρὸς τὴν κορυφὴν μᾶλ-
λον τοῦ προειρημένου σχήματος· καταφέρεται δ' εἰς
τὰ πεδία, ποιούμενος τὴν ῥύσιν ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν.
7ἀφικόμενος δ' εἰς τοὺς ἐπιπέδους τόπους, ἐκκλίνας
τῷ ῥεύματι, πρὸς ἕω φέρεται δι' αὐτῶν· ποιεῖ δὲ
τὴν ἐκβολὴν δυσὶ στόμασιν εἰς τοὺς κατὰ τὸν Ἀδρίαν
κόλπους· τὸ δὲ πλεῖον ἀποτέμνεται μέρος τῆς πε-
διάδος χώρας εἰς τὰς Ἄλπεις, καὶ τὸν Ἀδριατικὸν
μυχόν. ἄγει δὲ πλῆθος ὕδατος, οὐδενὸς ἔλαττον τῶν
κατὰ

3. Ὄμβροι. *Mendosè alii* Ἰσομβροι. 5. Σήνην. Σήναν *h. l. multi. Hinc* Σῆναν *edd. inde ab Hervag.*

inhabitantes. Dehinc idem Apenninus, distans a mari Adriatico circiter LXII millia passuum & quadringentos, relictis campis, deflectit ad dextram, & reliquam mediam Italiam secans, ad Siculum usque mare pertinet. Campi vero, quos relinqui dicebamus ab Apennino in hoc latere, ad mare & ad urbem *Senam* pertingunt. *Padus* fluvius, quem *Eridani* nomine poëtæ celebrant, oritur ex Alpibus, qua potissimum parte est figuræ supra expositæ vertex. Primo quidem cursu subjectos petit campos, in meridiem conversus: sed deinde, planitiem ingressus, mutato in orientem cursu, per eam labitur, donec sinum Adriaticum duobus ostiis ingrediatur: ceterum universam planitiem ita dividit Padus, ut major longe pars ea sit, quæ ad Alpes & intimum Adriam porrigitur. Copia aquarum tanta, ut nulli

Digitized by Google

Padus fluvius.

κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποταμῶν· διὰ τὸ τὰς ῥύσεις, τὰς ἐπὶ τὰ πεδία νευούσας, ἀπό τε τῶν Ἄλπεων καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν εἰς τοῦτον ἐμπίπτειν ἁπάσας καὶ πανταχόθεν. μεγίστῳ δὲ καὶ καλλίστῳ ῥεύ-9 ματι φέρεται περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν, αὐξόμενος ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀνατηκομένων χιόνων ἐν τοῖς προειρημένοις ὄρεσιν. ἀναπλεῖται δ' ἐκ θαλάττης κατὰ10 τὸ στόμα τὸ καλούμενον Ὄλανα, σχεδὸν ἐπὶ δισχιλίους σταδίους. τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἐκ τῶν πηγῶν11 ἔχει ῥύσιν ἁπλῆν, σχίζεται δ' εἰς δύο μέρη κατὰ τοὺς προσαγορευομένους Τριγαβόλους· τούτων δὲ τὸ μὲν ἕτερον στόμα προσονομάζεται Παδόα, τὸ δ' ἕτερον Ὄλανα. κεῖται δ' ἐπὶ τούτῳ λιμήν, οὐδενὸς τῶν12 κατὰ τὸν Ἀδρίαν ἧττω παρεχόμενος ἀσφάλειαν τοῖς ἐν αὐτῷ καθορμιζομένοις. παρά γε μὴν τοῖς ἐγχωρίοις ὁ ποταμὸς προσαγορεύεται Βόδεγκος. Τἆλλα δὲ τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τοῦτον ἱστορούμενα13 παρὰ

10 & 11. Ὄλανα. *Alii* Ὄλανα. 11. Παδόα. Παδόσα *voluit Cluver.*

nulli Italicorum fluviorum concedat: quidquid enim aquarum in hoſce campos ſive ex Alpibus ſive ex Apenninis montibus defluit, id omne undique in Padum illabitur. Fluit autem copioſiſſimus pulcerrimusque circa Caniculæ ortum, ubi liquatis in utroque monte nivibus augetur. Adſcendunt in eo naves e mari, per oſtium, cui *Olana* nomen eſt, ad millia paſſuum ducenta propemodum & quinquaginta. Nam primum quidem, inde a fontibus, unico fertur alveo; ubi vero ad *Trigabolos*, quos vocant, pervenit, in duo oſtia funditur, quorum alteri nomen *Paduæ* [vel *Paduſæ*,] eſt, alteri *Olanæ;* ubi portus eſt, nulli omnium quos habet ſinus Adriaticus inferior, ad ſecuritatem appellentibus præſtandam. Indigenæ flumen hoc *Bodencum* nuncupant. Cetera quæ de *Pado* a Græcis ſunt prodita: narratio-

nem,

Digitized by Google

παρὰ τοῖς Ἕλλησι, λέγω δὴ τὰ περὶ Φαέθοντα καὶ τὴν ἐκείνου πτῶσιν, ἔτι δὲ τὰ δάκρυα τῶν αἰγείρων, καὶ τοὺς μελανείμονας τοὺς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦντας, οὓς φασι τὰς ἐῶθητας εἰσέτι νῦν φορεῖν τοιαύτας ἀπὸ τοῦ κατὰ Φαέθοντα πένθους· καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τραγικὴν καὶ ταύτῃ προσεσικυῖαν ὕλην, ἐπὶ μὲν τοῦ παρόντος ὑπερθησόμεθα, διὰ τὸ μὴ λίαν καθήκειν τῷ τῆς προκαταρκευῆς γένει τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἀκριβολογίαν. μεταλαβόντες δὲ καιρὸν ἁρμόττοντα, ποιησόμεθα τὴν καθήκουσαν μνήμην, καὶ μάλιστα διὰ τὴν Τιμαίου περὶ τοὺς προειρημένους τόπους ἄγνοιαν. Padus fluvius.

Πλὴν ταῦτά γε τὰ πεδία, τὸ παλαιὸν ἐνέμοντο Τυρρηνοὶ, καθ' οὓς χρόνους καὶ τὰ Φλέγραια ποτὲ καλούμενα τὰ περὶ Καπύην καὶ Νώλην· ἃ δὴ καὶ διὰ τὸ πολλοῖς ἐμποδὼν εἶναι καὶ γνωρίζεσθαι, μεγάλην XVII. Etrusci superiore Italia pulsi a Gallis.

R 2

13. ἐωθέτι. ἐωθέτι *Flor. Reg. A.*

XVII. 1. καὶ Νώλην· *&c. Corrupte dant mssti* περὶ Καπύην καὶ Νωλην ἀόδην· καὶ διὰ τὸ πολλοῖς *&c. tum in fine* ἐπ' ἀρετῇ δόξαν εἰλημφένας. *Casaubonus,* Νωλησίδην *in* Νώλην πεδία *mutans, dein ante verba* καὶ διὰ τὸ *lacunae notam interposuit. Mihi, cum Reiskio, leviori medicina indigere locus visus est.*

nem, inquam, de *Phaëthonte*, & ejus casu; de *populorum arborum lacrymis;* de *atrata* ad hunc amnem *gente*, quam dicunt etiamnunc vestitum illum servare a Phaëthontis luctu; & quae sunt hujus generis tragicae fabulae aliae, eas impraesentiarum missas facimus: neque enim Praeparationi, cujusmodi haec est, accuratior de talibus disputatio conveniat. In sequentibus vero, loco magis idoneo, maxime ut *Timaei* ignorantiam horum tractuum ostendamus, quoad satis erit, ista sumus persecuturi.

17. Istam igitur planitiem tenuere quondam *Etrusci:* quo tempore & *campos* circa Capuam ac Nolam, *Phlegraeos* olim dictos, possederunt; quorum de praestantia, quoniam multis hi in medio positi cognitique sunt, satis etiam celebris apud omnes fama

Etrusci superiore Italia pulsi a Gallis.

λην ἐπ' ἀρετῇ δόξαν ἤληφε. διὸ καὶ τοὺς ἱστοροῦν-2
τας τὰς Τυρρηνῶν δυναστείας, οὐ χρὴ ποιεῖσθαι τὴν
ἀναφορὰν ἐπὶ τὴν νῦν κατεχομένην ὑπ' αὐτῶν χώ-
ραν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ προειρημένα πεδία, καὶ τὰς ἐκ
τούτων τῶν τόπων ἀφορμάς. Οἷς ἐπιμεγνύμενοι 3
κατὰ τὴν παραθεσιν Κελτοὶ, καὶ περὶ τὸ κάλλος
τῆς χώρας ὀφθαλμιάσαντες, ἐκ μικρᾶς προφάσεως
μεγάλῃ στρατιᾷ παραδόξως ἐπελθόντες, ἐξέβαλον
ἐκ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας Τυρρηνούς· καὶ κατ-
Galli Transpadani. ἔσχον αὐτοὶ τὰ πεδία. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα καὶ περὶ 4
τὰς ἀνατολὰς τοῦ Πάδου κείμενα, Λάοι καὶ Λεβέ-
κιοι, μετὰ δὲ τούτους Ἰσομβρες κατῴκησαν, ὃ μέ-
γιστον ἔθνος ἦν αὐτῶν· ἑξῆς δὲ τούτοις, παρὰ τὸν
ποταμὸν, Γενομάνοι. τὰ δὲ πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἤδης
προσήκοντα γένος ἄλλο πάνυ παλαιὸν διακατέσχε·
προσαγορεύονται δὲ Οὐένετοι, τοῖς μὲν ἔθεσι καὶ τῷ
κόσμῳ

4. Λάοι. Λαῖοι malim cum Clav. Et Laji habet Perret. Ibid. Ἰσομβρες. Ἰνσοβρες b. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrb. Ibid. Γενομάνοι. Τενομάνοι b. l. mendose vett. libri. Κενομάνοι constanter Casaub. cum Reg. B. C.

fama est. Idcirco, qui historias legunt de *principatibus Etruscorum*, eos oportet, non ad hanc ditionem quam nunc obtinent, oculos referre; verum ad illos, de quibus diximus, campos, & ad opes quas ista loca suppeditabant. Etruscorum finitimi erant *Galli*, & commercia cum eis frequentabant: deinde cupiditatis oculis in pulcerrimam planitiem adjectis, arrepta levi occasione, numeroso cum exercitu nihil cogitantes Etruscos invadunt, ex regione Circumpadana ejiciunt, atque ipsi planitiem illam occupant. Et prima quidem, quæ circa Padi exortus sita sunt, loca *Lai* [sive *Lævi*] occuparunt & *Lebecii* [vel *Libicii*]: hos sequebantur *Insubres*, gens inter omnes tunc maxima; deinde juxta fluvium *Cenomani*. Quod supereſt spatium ad Adriaticum sinum, alius populus longe antiquissimus obtinebat, *Venetos* vocant; sermone quidem diverso a Gallis vtentes, cete-

Digitized by Google

κόσμῳ βραχὺ διαφέροντες Κελτῶν, γλώττῃ δ' ἀλ-
6λοίᾳ χρώμενοι. περὶ ὧν οἱ τραγῳδιογράφοι πολύν
τινα πεποίηνται λόγον, καὶ πολλὴν διατίθενται τε-
7ρατείαν. Τὰ δὲ πέραν τοῦ Πάδου, τὰ περὶ τὸν Galli Cis-
Ἀπέννινον, πρῶτοι μὲν Ἄναγες, μετὰ δὲ τούτους padani.
Βοῖοι κατῴκησαν· ἑξῆς δὲ τούτων ὡς πρὸς τὸν
Ἀδρίαν, Λίγωνες· τὰ δὲ τελευταῖα πρὸς θαλάττῃ
8Σήνωνες. τὰ μὲν οὖν ἐπιφανέστατα τῶν κατασχόν-
των τοὺς προειρημένους τόπους ἐθνῶν, ταῦθ' ὑπῆρ-
9χεν. Ὠικουν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, τῆς Vitæ ra-
10λοιπῆς κατασκευῆς ἄμοιροι καθεστῶτες. διὰ γὰρ tio Gallo-
τὸ στιβαδοκοιτεῖν καὶ κρεωφαγεῖν, ἔτι δὲ μηδὲν ἄλλο alpino-
πλὴν τὰ πολεμικὰ καὶ τὰ κατὰ γεωργίαν ἀσκεῖν, rum.
ἁπλοῦς εἶχον τοὺς βίους· οὔτ' ἐπιστήμης ἄλλης,
οὔτε τέχνης παρ' αὐτοῖς τὸ παράπαν γινωσκομένης.
11ὑπῆρξέ γε μὴν ἑκάστοις ἦν θρέμματα καὶ χρυσὸς,
διὰ τὸ μόνα ταῦτα κατὰ τὰς περιστάσεις ῥᾳδίως

δύνα-

7. Ἄναγες. Ἄνωνες *Aug.* Ἀνίωνες *Reg. B. Infra apud Noſtrum,* Ἀνάμαγες, *&* Ἄνδρες, *idem populus dici videtur.* Ibid. Λίγωνες *correxi cum Cluvero. Vulgo omnes* Αἴγωνες. 10. κρεωφαγεῖν. κρεοφαγεῖν *Vrb. Vat.*

ceterum moribus & cultu haud multum diſſimiles. De his multam Tragici poëtæ mentionem fecerunt, multaque fabulantur. *Vltra Padum*, circa Apenninum, primi occurrunt *Ananes*, deinde *Boji*; poſt iſtos, verſus Adriam, *Lingones*; poſtremi omnium, ad mare *Senones*. Atque hæ nobiliſſimæ ſunt gentes inter illas, quæ prædictas regiones occuparunt. Habitabant autem vicatim ſine muris, neque ſupellectilis ullum uſum norant. Quippe ſimplex illis vivendi modus; ut quibus ſomnus in herbæ aut ſtramenti toro erat; alimonium, carnes potiſſimum; nec quidquam aliud curæ, niſi res bellicæ & agrorum cultus: nulla alia, neque ſcientia, neque ars, apud ipſos cognita. Opes ſingulorum erant in pecore & auro; quod ſola hæc ad omnes fortunæ caſus

δύναθαι παντα χῆ περιαγαγεῖν καὶ μεθιστᾶναι κατὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις. περὶ δὲ τὰς ἑταιρείας μεγίστην σπουδὴν ἐποιοῦντο, διὰ τὸ καὶ φοβερώτατον καὶ δυνατώτατον εἶναι παρ' αὐτοῖς τοῦτον, ὃς ἂν πλείστους ἔχειν δοκῇ τοὺς θεραπεύοντας καὶ συμπεριφερομένους αὐτῷ.

XVIII. Irruptiones Gallorum in ditionem Romanam. A.V. 364.

Τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς οὐ μόνον τῆς χώρας ἐπεκράτουν· ἀλλὰ καὶ τῶν σύνεγγυς πολλοὺς ὑπηκόους ἐπεποίηντο, τῇ τόλμῃ καταπεπληγμένοι. Μετὰ δέ τινα χρόνον μάχῃ νικήσαντες Ῥωμαίους καὶ τοὺς μετὰ τούτων παραταξαμένους, ἑπόμενοι τοῖς φεύγουσι, τρισὶ τῆς μάχης ἡμέραις ὕστερον κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην, πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. γενομένου δ' ἀντισπάσματος, καὶ τῶν Οὐενέτων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, τότε μὲν ποιησάμενοι συνθήκας πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τὴν πόλιν ἀποδόντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖς ἐμφυλίοις

XVIII. 2. Καπιτωλίου. Καπετ. *Vat. Flor. Ang. Reg. A.* 3. ἐμβαλόντων. ἐμβαλλ. *Flor.*

casus facile sit circumducere, ac pro arbitrio transferre. Sodalitatibus colendis præcipue studebant: is namque apud illos plurimum timetur, & potentissimus censetur, quem plurimi colunt, ex nutu illius ac voluntate pendentes.

18. Ac principio quidem Galli non solum regionem illam obtinebant; sed multos etiam vicinorum populorum, audacia sua perterrefactos, parere sibi coëgerunt. Verum aliquanto post, parta de Romanis victoria, & aliis qui simul in acie contra ipsos steterant, per tres dies insecuti fugientes, ipsam mox *Romam* præter Capitolium *ceperunt*. Mox interveniente casu qui domum eos revocabat, quod Veneti ipsorum fines cum infesto exercitu erant ingressi, pace cum Romanis facta, urbeque ipsis reddita, ad suas sedes redierunt. Posthæc vero bella civilia Gallos exce-

perunt:

Digitized by Google

λίοις συνείχοντο πολέμοις· ἔνιοι δὲ καὶ τῶν τὰς Ἄλ- Irruptiones Gallorum in ditionem Romanor.
πεις κατοικούντων ὁρμὰς ἐποιοῦντο, καὶ συνηθροί-
ζοντο πολλάκις ἐπ' αὐτούς, θεωροῦντες ἐκ παραθέ-
σεως τὴν παραγεγενημένην αὐτοῖς εὐδαιμονίαν. ἐν ᾧ
καιρῷ Ῥωμαῖοι τήν τε σφετέραν δύναμιν ἀνέλαβον,
καὶ τὰ κατὰ τοὺς Λατίνους αὖθις πράγματα συν-
εστήσαντο. Παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν A.V. 393.
εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ, μετὰ τὴν τῆς
πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ, τότε μὲν οὐκ
ἐτόλμησαν ἀντεξαγαγεῖν Ῥωμαῖοι τὰ στρατόπεδα·
διὰ τὸ, παραδόξου γενομένης τῆς ἐφόδου, προκατα-
ληφθῆναι, καὶ μὴ καταταχῆσαι τὰς τῶν συμμά-
χων ἀθροίσαντας δυνάμεις. Αὖθις δ' ἐξ ἐπιβολῆς A.V. 404.
ἑτέρας, ἔτει δωδεκάτῳ μετὰ μεγάλης στρατιᾶς
ἐπιπορευομένων, προαισθόμενοι καὶ συναγείροντες τοὺς
συμμάχους, μετὰ πολλῆς προθυμίας ἀπήντων, σπεύ-
δοντες συμβαλεῖν καὶ διακινδυνεῦσαι περὶ τῶν ὅλων.
οἱ δὲ Γαλάται καταπλαγέντες τὴν ἔφοδον αὐτῶν,

R 4 καὶ

7. συναγείροντες. συναγείραντες Flor.

perunt: nonnulli item Inalpini populi, conjunctis viribus, bella frequentia in eos moverunt; quum, ex comparatione rerum suarum, opes, quas illi sibi paraverant, animadverterent. Interea Romani priores recuperant vires, ac cum Latinis res componunt. *Annis* inde *elapsis triginta* ab occupata Vrbe, iterum Galli magno cum exercitu *Albam usque* progrediuntur: cum quidem Romani, quod inopinata hac invasione ipsorum conatus hostis anteverterat, neque satis cito sociorum auxilia contrahi potuerant, ire contra non sunt ausi. Sed *anno duodecimo* post, Gallis iterum magna vi eos invadentibus; re prius cognita, Romani, sociis contractis, magna cum alacritate obviam procedunt; manum conserere, & ad universæ rei dimicationem venire cupientes. Quo ipso territi Galli, quod occurrere Roma-

Irruptiones Gallorum in ditionem Romanor. A. V. 426.

καὶ διαστασιάσαντες πρὸς σφᾶς, νυκτὸς ἐπιγενομένης, φυγῇ παραπλησίαν ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν. Ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ φόβου, τριακαίδεκα μὲν ἔτη τὴν ἡσυχίαν ἔσχον· μετὰ δὲ ταῦτα, συνορῶντες αὐξανομένην τὴν Ῥωμαίων δύναμιν, εἰρήνην ἐποιήσαντο καὶ συνθήκας.

XIX. A. V. 455.

Ἐν αἷς ἔτη τριάκοντα μείναντες ἐμπεδῶς, αὖθις γενομένου κινήματος ἐκ τῶν Τρανσαλπίνων, δείσαντες μὴ πόλεμος αὐτοῖς ἐγερθῇ βαρὺς, ἀπὸ μὲν αὐτῶν ἔτρεψαν τὰς ὁρμὰς τῶν ἐξανισταμένων, δωροφοροῦντες καὶ προτιθέμενοι τὴν συγγένειαν· ἐπὶ δὲ Ῥωμαίους παρώξυναν, καὶ μετέσχον αὐτοῖς τῆς στρατείας. ἐν ᾗ τὴν ἔφοδον ποιησάμενοι διὰ Τυρρηνίας, ὁμοῦ συστρατευσαμένων σφίσι Τυρρηνῶν, καὶ περιβαλόμενοι λείας πλῆθος, ἐκ μὲν τῆς Ῥωμαίων ἐπαρχίας ἀσφαλῶς ἐπανῆλθον. εἰς δὲ τὴν οἰκείαν ἀφικό-

9. τριακαίδεκα. τρισκαίδεκα edd. ex Bav. Sed τρία καὶ δέκα, viginti tria, videtur rescribendum.

XIX. 1. τριάκοντα. τεσσαράκοντα suspicatus est Reisk. Ibid. δωροφοροῦντες ex marg. edit. Hervag. adscivit Casaub. Scripti libri omnes δορυφοροῦντες.

Romanus auderet, dissidio etiam inter ipsos orto, insequenti nocte fugientibus similes domum retrocesserunt. Quietem post hæc *per annos tredecim* egerunt: deinde ut vident Romanorum incrementa, etiam pacem fœdusque cum illis iceruntur.

19. *Triginta* jam *annos* pacem constanter servaverant, cum *Transalpinis* arma in ipsos moventibus, bellum pavescentes, quod perniciosum fore arbitrabantur; largitione munerum, & generis communione allegata, hostis jam concitati impetum a se amoliti, in Romanos eumdem irritarunt, atque adeo expeditionis comites ipsi fuerunt. Per fines Etruscorum, qui & ipsi expeditionis participes erant, incursione in Romanam ditionem facta, copiosa quidem præda potiti, sine periculo redierunt. Verum in patriam ubi rediissent, mutua

ἀφικόμενοι, καὶ στασιάσαντες περὶ τὴν τῶν εἰλημμένων πλεονεξίαν, τῆς τε λείας καὶ τῆς αὐτῶν δυ-
4νάμεως τὸ πλεῖστον μέρος διέφθειραν. τοῦτο δὲ σύνηθές ἐστι Γαλάταις πράττειν, ἐπειδὰν σφετερίσωντάί τι τῶν πέλας, καὶ μάλιστα διὰ τὰς ἀλόγους
5οἰνοφλυγίας καὶ πλησμονάς. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν, ἔτει τετάρτῳ, συμφρονήσαντες ἅμα Σαυνίταις καὶ Γαλάταις, παρετάξαντο Ῥωμαίοις ἐν τῇ Καμερ-
6φθειραν. ἐν ᾧ καιρῷ, προσφιλονεικήσαντες πρὸς τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα αὐτοῖς Ῥωμαῖοι, μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἐξῆλθον· καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατο-
πέδοις ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρᾳ πρὸς τοὺς προεστρεμένους, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασαν προτροπάδην ἕκαστους εἰς τὴν
7οἰκείαν διαφυγεῖν. Διαγενομένων δὲ πάλιν ἐτῶν δέκα, παρεγένοντο Γαλάται μετὰ μεγάλης στρατιᾶς,

A. V. 458 sq. Galli in agro Camerte cæduntur Romanos.

Cæduntur a Romanis.

A. V. 471.

R 5 πολιορ-

5. παρετάξ. Ῥωμαίοις. παρετάξ. τοῖς Ῥωμ. *Ang. Reg. A.* 6. αὐτοῖς Ῥωμαῖοι *ex conject. posui. Vulgo omnes* ἐλάττωμα τοῖς Ῥωμαίοις. 7. δέκα. *An* τριακαίδεκα?

tua cupiditate rerum captarum ad seditionem impulsi, & prædæ & exercitus sui plurimam partem perdiderunt. Familiaris est hæc Gallis insania, quoties aliena rapuerunt, ubi præsertim mero ciboque sese ingurgitarunt. *Quarto* deinde *anno* conspirant inter se *Samnites* & *Galli*, & cum Romanis in *Camertium* finibus acie dimicant, magnamque eorum cædem faciunt. Quo quidem tempore Romani, clade accepta vehementius irritati, paucis diebus interjectis copias educunt: & omnibus legionibus in agro *Sentinati* cum eisdem Gallis inito prælio, partem illorum maximam obtruncant, reliquos effusa fuga in suam quemque patriam se recipere compellunt. Rursus *decem* elapsi erant *anni*; ecce iterum Gallos, magna belli mole *Arretium* parantes ob-

fidere.

Digitized by Google

A.V. 472. Bellis Gallicis durantur Romani ad alia.

15 ὄσον οὐκ ἤδη πολεμηθησόμενον· ἀποδέμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν τὰ πιστὰ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας, προσέθηκε τὴν πόλιν πρὸς τὸ τῶν Ἀχαιῶν σύστημα.

Τίνος οὖν χάριν ἐπὶ τοὺς χρόνους τούτους ἀνέ- XLII.
δραμον; Ἵνα πρῶτον μὲν γένηται συμφανὲς, πῶς, Laus
καὶ Achæo-
rum.

12. *συμβαίνει περὶ τῶν πόλεων τούτων τῆς συμπολ. Ang.* 13. *Αἰγιεῖς restripsi pro vulg.* Αἰγεῖς. 14. *Vulgo omnes h. l.* Καρυνεῖς & Καρυνίας. Ibid. *τυραννῶν Bav. pro τυραννεύων.* Ibid. Μάρκου. *Omnes h. l.* Μάργου. Μόρκου *autem viri hujus nomen suspicatus est Reisk.*

Pharæenſes: quamobrem ne columna quidem ulla exſtat de harum urbium in eandem Reipubl. formam conſenſu. Quinto ferme poſt anno *Aegienſes*, poſtquam præſidium oppido ejecerunt, eidem reipubl. adſcripti ſunt. Secuti dein *Burii*, occiſo tyranno. Simul cum his & *Cerynenſes* priſtinum ſtatum receperunt. *Iſeas* namque, tempeſtate illa *Ceryneæ* tyrannus, qui præſidium Aegio cerneret ejectum, occiſum vero Buræ tyrannum *Marci* & Achæorum opera, tum ſe quoque ſentiret jamjam undique bello petendum; poſito dominatu, fideque ab Achæis accepta, fraudi eam rem ſibi non fore; ad conventum Achæorum civitatem ſuam adjecit.

42. Quorſum vero antiquiorum illorum temporum res heic attigimus? Primum quidem, ut palam fieret, quo-
modo,

Digitized by Google

Laus Achæorum.

καὶ κατὰ ποίους καιροὺς, καὶ τίνες πρῶτοι τῶν ἐξ ἀρχῆς Ἀχαιῶν αὖθις ἐποιήσαντο τὴν ἐπιβολὴν τῆς νῦν συστάσεως· δεύτερον δ', ἵνα καὶ τὰ τῆς προαιρέσεως μὴ μόνον διὰ τῆς ἡμετέρας ἀποφάσεως, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, πίστεως τυγχάνῃ· διότι μία τις ἀεὶ τῶν Ἀχαιῶν αἵρεσις ὑπῆρχε, καθ' ἣν προτείνοντες μὲν τὴν παρ' αὐτοῖς ἰσηγορίαν καὶ παῤῥησίαν, πολεμοῦντες δὲ καὶ καταγωνιζόμενοι συνεχῶς τοὺς ἢ δι' αὐτῶν ἢ διὰ τῶν βασιλέων τὰς σφετέρας πατρίδας καταδουλουμένους, τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ ταύτῃ τῇ προθέσει, τοῦτο τοὔργον ἐπετέλεσαν, τὰ μὲν δι' αὐτῶν, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν συμμάχων. καὶ γὰρ τὰ δι' ἐκείνων συνεργήματα γεγονότα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις, ἐπὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν προαίρεσιν ἀνοιστέον. πολλοῖς γὰρ κοινωνήσαντες πραγμάτων, πλείστων τε καὶ καλλίστων Ῥωμαίοις, οὐδέποτε τὸ παράπαν ἐπεθύμησαν ἐκ τῶν

XLII. 5. πλείστων τε. *Forſ.* πλεῖστον δὲ.

modo, & quando, & qui primi ex veteribus Achæis præſentis ſtatus fundamenta rurſus jecerint. Deinde, ut, quod dicebamus de inſtitutis ejus gentis, non ſolum ex aſſertione noſtra, verum ex ipſis etiam rebus fidem inveniret: videlicet, *unum fuiſſe ſemper Achæorum inſtitutum hoc, ut ad æqualitatem ac libertatem, quæ inter ipſos vigebat, homines invitando; eos autem, qui, vel propriis opibus, vel regum auxilio freti, ſuas civitates ſibi ſervire coëgiſſent, continue armis petendo detrudendoque; hac,* inquam, *ratione & propoſito, rem tantam, partim per ſe, partim ſociorum opera, ad exitum perducerent.* Nam & quæ ſociis adjuvantibus in hoc genere ſunt poſtea effecta, ad Achæorum inſtitutum referri debent. Etenim quum & multos alios, & in plurimis præclariſſimisque rebus Romanos ſæpe adjuvarent; numquam tamen, per occaſionem rei bene geſtæ, ullum ſibi

ότων κατορθωμάτων οὐδενὸς ἰδίας λυσιτελοῦς· ἀλλ' ἀντὶ πάσης τῆς ἑαυτῶν φιλοτιμίας, ἣν παρείχοντο τοῖς συμμάχοις, ἀντικατηλλάττοντο τὴν ἑκάστων ἐλευθερίαν, καὶ τὴν κοινὴν ὁμόνοιαν Πελοποννησίων. τσαφέστερον δ' ὑπὲρ τούτων ἔσται διαλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν τῶν περὶ τὰς πράξεις ἐνεργημάτων. Laus Achæorum.

Εἴκοσι μὲν οὖν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πέντε συνεπολιτεύσαντο μεθ' ἑαυτῶν αἱ προειρημέναι πόλεις, ἡρεμμαστέως κοινὸν ἐκ περιόδου προχειριζόμεναι, καὶ δύο στρατηγούς. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔδοξεν αὐτοῖς ἕνα καθιστάνειν, καὶ τούτῳ πιστεύειν ὑπὲρ τῶν ὅλων. καὶ πρῶτος ἔτυχε τῆς τιμῆς ταύτης Μάρκος ὁ Κερυνεύς. τετάρτῳ δ' ὕστερον ἔτει τοῦ προειρημένου στρατηγοῦντος, Ἄρατος ὁ Σικυώνιος, ἔτη μὲν ἔχων εἴκοσι, τυραννουμένην δὲ ἐλευθερώσας τὴν πατρίδα διὰ τῆς ἀρετῆς τῆς ἑαυτοῦ καὶ τόλμης, προσένειμε πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν· ἀρχῆθεν εὐθὺς XLIII. Marcus Cerinensis prætor Achæorum. Ol. CXXXI. A.V. 500. Aratus Achæis adtribuit Sicyonem, A.V. 504.

XLIII. 2. Κερυνεὺς. Καρυνεὺς edd. ex Bav. Γερυνεὺς Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perott. 3. προειρημένου. Scripti omnes προηγουμένου. In solo Bav. adscriptum προειρ. Ibid. ἔτη μὲν. Ὃς ἔτη μὲν scribendum putarunt Gron. & Reisk.

sibi proprium commodum cupiverunt: sed semper, pro navata egregie sociis opera, mercedis loco, singularum civitatum libertatem, & communem omnium Peloponnesiorum concordiam, postularunt. Verum de his quidem ex ipsa rerum gestarum ratione melius liquebit.

43. Quinque igitur & viginti primos annos dictæ urbes Rempublicam eamdem coluerunt, scribam communem & Prætores duos in orbem eligentes. Postea placuit unum designare, cui rerum summam permitterent: eoque honore primus functus est *Marcus Cerynensis*. Quarto post hujus præturam anno, *Aratus Sicyonius*, viginti annos natus, ereptam jugo tyranni patriam virtute sua & fortitudine, Achæorum Reip. attribuit: adeo

Digitized by Google

εὐθὺς ἐραστὴς γενόμενος τῆς προαιρέσεως αὐτῶν.
Corinthum & Megara. Ol. CXXXIV. A.V. 511. ὀγδόῳ δὲ πάλιν ἔτει, στρατηγὸς αἱρεθεὶς τὸ δεύτερον, καὶ πραξικοπήσας τὸν Ἀκροκόρινθον, Ἀντιγόνου κυριεύοντος, καὶ γενόμενος ἐγκρατής· μεγάλου μὲν ἀπέλυσε φόβου τοὺς τὴν Πελοπόννησον κατοικοῦντας· ἐλευθερώσας δὲ Κορινθίους, προσηγάγετο πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς καὶ τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν διαπραξάμενος, προσένειμε τοῖς Ἀχαιοῖς. Ταῦτ' ἐγίγνετο τῷ προτέρῳ ἔτει τῆς Καρχηδονίων ἥττης, ἐν ᾗ καθόλου Σικελίας ἐκχωρήσαντες, πρῶτον ὑπέμειναν τότε φόρους ἐνεγκεῖν Ῥωμαίοις. Μεγάλην δὲ προκοπὴν ποιήσας τῆς ἐπιβολῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, λοιπὸν ἤδη διετέλει προστατῶν μὲν τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους, πάσας δὲ τὰς ἐπιβολὰς καὶ πράξεις πρὸς ἓν τέλος ἀναφέρων. τοῦτο δ' ἦν, τὸ Μακεδόνας μὲν ἐκβαλεῖν ἐκ Πελοποννήσου, τὰς δὲ μοναρχίας καταλῦσαι, βεβαιῶσαι δ' ἑκάστοις τὴν κοινὴν καὶ πάτριον ἐλευθερίαν.

Aratus prætor Achæor. opponit se Macedonibus & Aetolis.

jam inde a principio ætatis mores atque instituta illorum adamaverat. Rursus octavo inde anno, quum Prætor esset iterum creatus, capto proditione *Acrocorintho*, quam Antigonus tunc tenebat, ingenti Peloponnesios metu liberavit, *Corinthios* vero, in libertatem restitutos, Reipubl. Achæorum adjunxit. In eadem prætura, etiam *Megarensium* urbem Achæis contribuit, astu in potestatem redactam. Gesta hæc sunt anno prius quam Carthaginienses illa afficerentur clade, per quam universa excedere Sicilia, & tributum Romanis pendere tum primum sunt coacti. Quum autem multum brevi tempore in suscepto consilio *Aratus* promovisset, ita deinceps gentis Achæorum principatum obtinebat, ut, quæcumque institueret aut ageret, ad unum hunc finem referret: quo nimirum *Macedonas* Peloponneso ejiceret, tyrannides amoliretur, communem ac patriam libertatem

Digitized by Google

9 θερίαν. Μέχρι μὲν οὖν ἦν Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς, πρός τε τὴν ἐκείνου πολυπραγμοσύνην, καὶ πρὸς τὴν τῶν Αἰτωλῶν πλεονεξίαν ἀντιτατλόμενος διετέλει, πραγματικῶς ἕκαστα χειρίζων· καί περ εἰς τοῦτο προβάντων ἀμφοτέρων ἀδικίας καὶ τόλμης, ὥστε ποιήσασθαι συνθήκας πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ διαιρέσεως τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους. Antigonus Gonatas Rex Maced.

Ἀντιγόνου δὲ μεταλλάξαντος, καὶ συνθεμένων τῶν Ἀχαιῶν καὶ συμμαχίαν πρὸς Αἰτωλοὺς, καὶ μετασχόντων εὐγενῶς σφίσι τοῦ πρὸς Δημήτριον πολέμου, τὰ μὲν τῆς ἀλλοτριότητος καὶ δυσμενείας ἠρέθη κατὰ τὸ παρὸν, ὑπεγένετο δὲ κοινωνικὴ καὶ φιλικήτις αὐτοῖς διάθεσις. Δημητρίου δὲ βασιλεύσαντος δέκα μόνον ἔτη, καὶ μεταλλάξαντος τὸν βίον περὶ τὴν πρώτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων, ἐγένετό τις εὔροια πραγμάτων πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπι- XLIV. Achæi fœdus cum Aetolorum adv. Demetrium.

X 2

9. ἀντιτατλόμ. *Vulgo* ἀντιπαρατατλόμ.

XLIV. 1. κοινωνική. κρουνωνητική *edd. ex Bav.*

tem ſingulis firmaret. Hoc igitur animo, dum *Antigonus Gonatas* viveret, qua illius variis conatibus, qua Aetolorum cupiditati creſcendi ex aliena injuria, aſſidue reſe *Aratus* opponebat, ſingulari ſollertia omnia feliciter adminiſtrans; licet eo iniquitas & audacia utrorumque ſit progreſſa, ut fœdus inter ſe inirent ad ſocietatem Achæorum diſſolvendam.

44. Poſt *Antigoni* vero *obitum*, quum ſociali etiam fœdere *Aetolis* ſe *Achæi* junxiſſent, atque etiam in bello contra *Demetrium* ſtrenuam iis operam navaſſent; exſtinctis in præſens ſimultatibus atque odiis; paullatim in eorumdem Aetolorum animos ſocietatis amor & amicabilis affectio irrepſerunt. Decem tantum annos regnavit *Demetrius:* eodem fere tempore fato functus, quo prima Romanorum in Illyricum trajectio contigit. Tum vero *Achæis* ad id perficiendum, quod initio propoſuerant, magnæ rerum opportunitates

Tyranni posita tyrannide accedunt Achæis. Ol. CXXXVI sqq. A.V. 521 sqq.

ἐπιβολὴν τῶν Ἀχαιῶν. οἱ γὰρ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μόναρχοι, δυσελπιστήσαντες ἐπὶ τῷ μεταλλαχέναι μὲν τὸν Δημήτριον, ὃς ἦν αὐτοῖς οἱονεὶ χορηγὸς καὶ μισθοδότης, ἐπικεῖσθαι δὲ τὸν Ἄρατον, εἰσόμενον δεῖν σφᾶς ἀποτίθεσθαι τὰς τυραννίδας, καὶ τοῖς μὲν πεισθεῖσι μεγάλας δωρεὰς καὶ τιμὰς προτείνοντα, τοῖς δὲ μὴ προσέχουσιν ἔτι μείζους ἐπανατεινόμενον φόβους καὶ κινδύνους διὰ τῶν Ἀχαιῶν· ὥρμησαν ἐπὶ τὸ, πεισθέντες, ἀποθέσθαι μὲν τὰς τυραννίδας, ἐλευθερῶσαι δὲ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, μετασχεῖν δὲ τῆς τῶν Ἀχαιῶν πολιτείας. Λυδιάδας μὲν οὖν ὁ Μεγαλοπολίτης, ἔτι ζῶντος Δημητρίου, κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, πάνυ πραγματικῶς καὶ φρονίμως προϊδόμενος τὸ μέλλον, ἀπετίθετο τὴν τυραννίδα, καὶ μετεσχήκει τῆς ἐθνικῆς συμπολιτείας. Ἀριστόμαχος δ', ὁ τῶν Ἀργείων τύραννος, καὶ Ξένων ὁ τῶν Ἑρμιονέων, καὶ Κλεώνυμος ὁ τῶν Φλιασίων, τότε ἀπο-

Lydiadas tyr. Megalopol.

5. Λυδιάδας. *Vulgo h. l. omnes* Λυσιάδας.

tes se obtulerunt. Quotquot enim *tyranni in Peloponneso* fuere, spe omni destituti, partim ob Demetrii mortem, qui suis illos opibus ac mercedem pensitando sustentaverat; partim ob imminentem ipsorum cervicibus *Aratum*, qui poni tyrannides volebat, & sponte sua deponentibus magna præmia atque honores pollicebatur, renuentibus vero majora etiam mala minitabatur & pericula ab Achæis timenda; consilium cepere, tyrannide sponte exuta, patrias quisque suas liberandi, & Reip. Achæorum eas adjungendi. Et *Lydiadas* quidem, *Megalopolitanus*, vivo adhuc Demetrio, propria voluntate ac consilio, sollerter plane ac prudenter prævidens quod futurum erat, tyrannidi renunciavit, ac communis juris universæ gentis particeps est factus. Postea vero tyrannus Argivorum *Aristomachus*, Hermionensium *Xenon*, Phliasiorum *Cleonymus*, abdicato unius domi-

Digitized by Google

ἀπαθέμενοι τὰς μοναρχίας, ἐκοινώνησαν τῆς τῶν Ἀχαιῶν δημοκρατίας.

Ὀλοσχερεστέρας δὲ γενομένης αὐξήσεως διὰ ταῦτα καὶ προκοπῆς περὶ τὸ ἔθνος· Αἰτωλοὶ, διὰ τὴν ἔμφυτον αὐθικίαν καὶ πλεονεξίαν φθονήσαντες, τὸ δὲ πλεῖον ἐλπίσαντες καταδιελέσθαι τὰς πόλεις, καθάπερ καὶ πρότερον τὰς μὲν Ἀκαρνάνων διενεμοντο πρὸς Ἀλέξανδρον, τὰς δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἐπεβάλοντο πρὸς Ἀντίγονον τὸν Γοναταν· καὶ τότε παραπλησίαις ἐλπίσιν ἐπαρθέντες, ἀπετόλμησαν Ἀντιγόνῳ τε, τῷ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς προεστῶτι Μακεδόνων, ἐπιτροπεύοντι δὲ Φιλίππου παιδὸς ὄντος, καὶ Κλεομένει, τῷ βασιλεῖ Λακεδαιμονίων, κοινωνεῖν, καὶ συμπλέκειν ἀμφοτέροις ἅμα τὰς χεῖρας. Ὁρῶντες γὰρ τὸν Ἀντίγονον, κυριεύοντα μὲν τῶν κατὰ Μακεδονίαν ἀσφαλῶς, ὁμολογούμενον δὲ καὶ πρόδηλον ἐχθρὸν ὄντα τῶν Ἀχαιῶν, διὰ τὴν

XLV. Aetoli favent Antigono Dosoni & Cleomeni adv. Achæos.

X 3 κατὰ

6. *Edd. cum aliis* ἐκοινώνησαν ταῖς τ. Ἀ. δημοκρατίαις.

dominatu, in communionem ſtatus popularis *Achæorum* conceſſerunt.

45. Quibus acceſſionibus quum jam vehementer Achæorum vires creviſſent; *Aetoli*, ſtimulati invidia ob inſitam illorum ingeniis improbitatem cupiditatemque; &, quod præcipuum erat, ſpe dividendi conjunctas invicem urbes, ſicut olim Acarnanum oppida cum Alexandro diviſerant, & de Achaicis deinde oppidis cum Antigono Gonata eadem conſilia inierant; ſic igitur tunc quoque, ſimili ſpe concitati, ſcelerate auſi ſunt, & cum *Antigono*, qui Macedoniæ tunc præerat, relictus Philippo adhuc puero tutor, & cum *Cleomene*, Lacedæmoniorum rege, communicare, amicitiamque cum utroque illorum contrahere. Quum enim viderent, tota Macedonia tuto *Antigonum* potiri, eumdemque propter interceptum Acrocorinthum certum ac profeſſum Achæorum

Digitized by Google

κατὰ τὸν Ἀκρικόρινθον πρᾶξιν· ὑπέλαβον, εἰ, τοὺς Λακεδαιμονίους ἔτι προσλαβόντες κοινωνοὺς σφίσι τῆς ἐπιβολῆς, προεμβιβάσαιεν εἰς τὴν πρὸς τὸ ἔθνος ἀπέχθειαν, ῥᾳδίως καταγωνίσασθαι τοὺς Ἀχαιούς, ἐν καιρῷ συνεπιτιθέμενοι, καὶ πανταχόθεν περιστήσαντες αὐτοῖς τὸν πόλεμον. Ὁ δὴ καὶς ταχέως ἂν ἐκ τῶν κατὰ λόγον ἐπετέλεσαν, εἰ μὴ τὸ κυριώτατον παρεῖδον τῆς προθέσεως· οὐ συλλογισάμενοι, διότι ταῖς ἐπιβολαῖς Ἄρατον ἔξουσιν ἀνταγωνιστὴν, ἄνδρα δυνάμενον πάσης εὐστοχεῖν περιστάσεως. τοιγαροῦν ὀρμήσαντες ἐπὶ τὸ πολυπραγμονεῖν, καὶ χειρῶν ἄρχειν ἀδίκων, οὐχ οἷον ἤνυσάν τι τῶν ἐπινοηθέντων· ἀλλὰ τοὐναντίον, καὶ τὸν Ἄρατον τότε προεστῶτα, καὶ τὸ ἔθνος ἐσωματοποίησαν· πραγματικῶς ἀντιπερισπάσαντος ἐκείνου, καὶ λυμηναμένου τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν. ὡς δ' ἐχειρίσθη τὰ ὅλα, δῆλον ἔσται διὰ τῶν λεγεσθαι μελλόντων.

Aetolorum consilia pervertit Aratus.

rum esse hostem, sic apud se cogitabant: si Lacedæmonios insuper ad societatem ejus rei, quam moliebantur, possent pellicere, & in inimicitiam Achæorum inducere; haud sane difficile sibi fore, ut, opportuno tempore illos aggredientes, & bellum undique conflantes, eos debellarent. Et omnino simile veri est, habiturum fuisse exitum *Aetolorum* istud inceptum, nisi id omisissent in eo suscipiendo, quod præcipue erat animadvertendum: neque enim in mentem illis venerat, rem sibi cum *Arato* futuram: viro, omnibus difficultatibus convenienter mederi gnaro. Itaque res novare orsi, belloque nefario *Achæos* adorti, non solum nihil effecerunt eorum quæ speraverant; sed etiam contra, tam *Aratum*, qui tum erat prætor, quam gentem ipsam Achæorum, potentiores reddiderunt: sollerter Arato consilia omnia illorum in contrarium vertente, atque corrumpente. Quomodo autem quæque sint gesta, ex iis quæ deinceps narrabuntur, perspicuum fiet.

Θεω-

46. Con-

Digitized by Google

Θεωρῶν γὰρ τοὺς Αἰτωλοὺς ὁ προειρημένος ἐνήρ, τὸν μὲν πόλεμον, τὸν πρὸς αὐτοὺς, αἰσχυνομένους ἀναλαβεῖν ἐκ τοῦ φανεροῦ, διὰ τὸ καὶ λίαν εἶναι προσφάτους τὰς ἐκ τῶν Ἀχαιῶν εὐεργεσίας περὶ τὸν Δημητριακὸν πόλεμον εἰς αὐτούς· συμβουλευομένους δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ φθονοῦντας τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε, Κλεομένους πεπραξικοπηκότος αὐτοὺς, καὶ παρειρημένου Τέγεαν, Μαντίνειαν, Ὀρχομενὸν, τὰς Αἰτωλοῖς οὐ μόνον συμμαχίδας ὑπαρχούσας, ἀλλὰ καὶ συμπολιτευομένας τότε πόλεις, οὐχ οἷον ἀγανακτοῦντας ἐπὶ τούτοις, ἀλλὰ καὶ βεβαιοῦντας αὐτῷ τὴν παράληψιν· καὶ τοὺς πρότερον κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων πᾶσαν ἀφορμὴν ποιουμένους πρόφασιν εἰς τὸ πολεμεῖν διὰ τὴν πλεονεξίαν, καὶ τότε συνορῶν ἑκουσίως παρασπονδουμένους, καὶ τὰς μεγίστας ἀπολλύντας πόλεις ἐθελοντὶ, ἐφ' ᾧ μόνον ἰδεῖν ἀξιόχρεων γενόμενον

XLVI. Cleomenes R. Laced. plura oppida Achæor. capit.

X 4 ἀνται-

XLVI. 3. καὶ τότε συνορῶν. Nisi quid excidit, delatum malim καὶ cum Reisk. Ibid. ἐθελοντὴν habet Vat. pro more pro ἐθελοντὶ.

46. Considerans siquidem *Aratus*, *Aetolas*, propter recentissimam memoriam beneficii ab Achæis bello Demetriaco accepti, palam quidem bellum illis inferre, pudore quodam retentos, non audere; at consilia tamen cum *Lacedæmoniis* communicare: tanta flagrantes in Achæos invidia, ut, quum *Cleomenes* per dolum & occultam proditionem esset ipsos adortus, atque ea ratione *Tegeam*, *Mantineam*, & *Orchomenum* intercepisset, urbes, non societate dumtaxat, sed etiam communione ejusdem reipubl. Aetolis per id tempus junctas, ea injuria nihil moti, ultro etiam captarum urbium possessionem illi firmarent: &, quibus antea præ cupiditate lucri vel levissima occasio sufficere solebat ad bellum in eos movendum, qui nulla umquam re læserant, hos nunc cernens scientes prudentes pati ut sibi violetur fides, & sponte sua maximas urbes amittere, dummodo ea re crescere

ἀνταγωνιστὴν Κλεομένην τοῖς Ἀχαιοῖς· ἔγνω, φησὶν, εἰς ταῦτα βλέπων οὗτός τε καὶ πάντες ὁμοίως οἱ προεστῶτες τοῦ τῶν Ἀχαιῶν πολιτεύματος, πολέμου μὲν πρὸς μηδένα καταίρχειν, ἐνίστασθαι δὲ ταῖς τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιβολαῖς. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπὶ τούτων ἦσαν τῶν διαλήψεων· θεωροῦντες δὲ κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνους τὸν Κλεομένην θρασέως ἐποικοδομοῦντα μὲν τὸ καλούμενον Ἀθήναιον ἐν τῇ τῶν Μεγαλοπολιτῶν χώρᾳ, πρόδηλον δὲ καὶ πικρὸν ἀναδεικνύντα σφίσι πολέμιον ἑαυτόν· τότε δὴ συναθροίσαντες τοὺς Ἀχαιοὺς, ἔκριναν μετὰ τῆς βουλῆς ἀναλαμβάνειν φανερῶς τὴν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπέχθειαν. Ὁ μὲν οὖν Κλεομενικὸς προσαγορευθεὶς πόλεμος, τοιαύτην ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, καὶ κατὰ τούτους τοὺς καιρούς.

BELLVM CLEOMENICVM. Ol. CXXXIX. A.V. 529.

XLVII. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως ὥρμησαν ἀντοφθαλμεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις· ἅμα

3. Κλεομένη *Vat. Flor. Ang. Reg. A. & sic sæpius alibi in accusat. hujus nominis & aliorum ejusdem formæ.*

crescere Cleomenis opes sentirent, ut posset Achæis sese opponere: hæc, inquam, omnia considerantes *Aratus* & ceteri Achæorum proceres, neminem quidem bello sibi provocandum, *Lacedæmoniorum* autem conatibus adversandum statuunt. Ac principio quidem cogitationes illorum hujusmodi fuere: postea vero quam *Cleomenem* viderunt in ditione Megalopolitanorum magna audacia *Athenæum*, quod vocant, exstruere, & pro aperto acrique Achæorum hoste sese gerere; tum demum, Achæorum concilio convocato, sit decretum, *Lacedæmonios pro hostibus palam esse habendos.* Tunc igitur temporis, & ab hoc principio *Bellum* illud cœpit, quod *Cleomenicum* est appellatum.

47. Hujus initio ausi sunt *Achæi contra Lacedæmonios* propriis freti copiis attollere

re

Digitized by Google

ἅμα μὲν ὑπολαμβάνοντες, κάλλιστον εἶναι τὸ μὴ δι' Ol. CXXXIX. A.V. 529.
ἑτέρων σφίσι πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' αὐτοὺς
2δι' αὐτῶν σώζειν τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν· ἅμα
δὲ βουλόμενοι καὶ τὴν πρὸς Πτολεμαῖον τηρεῖν φι-
λίαν, διὰ τὰς προγεγενημένας εὐεργεσίας, καὶ μὴ
3φαίνεσθαι πρὸς ἑτέρους ἐκτείνοντες τὰς χεῖρας. ἤδη
δ' ἐπὶ πολὺν τοῦ πολέμου προβαίνοντος, καὶ τοῦ μὲν
Κλεομένους τό τε πάτριον πολίτευμα καταλύσαν-
τος, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα μετα-
στήσαντος, χρωμένου δὲ καὶ τῷ πολέμῳ πρακτικῶς
4καὶ παραβόλως· προορώμενος Ἄρατος τὸ μέλλον,
καὶ δεδιὼς τήν τε τῶν Αἰτωλῶν ἐπίνοιαν καὶ τόλμαν,
ἔκρινε πρὸ πολλοῦ λυμαίνεσθαι τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν.
5κατασκοπῶν δὲ τὸν Ἀντίγονον καὶ πρᾶξιν ἔχοντα καὶ Aratus molitur societa-
σύνεσιν, καὶ πίστεως ἀντιποιούμενον· τοὺς δὲ βασι- tem cum Antigono Dosone.
λέας σαφῶς εἰδὼς, φύσει μὲν οὐδένα νομίζοντας οὔτε

X 5 ἐχθρὸν

XLVII. 4. *Verborum ſeriem ex Reisk. conjecł. mutavi. Vulgo omnes* προορώμενος Ἄρατος, καὶ τὸ μέλλον δεδιὼς, τήν τε τῶν Αἰτ.

re oculos: partim quod honeſtiſſimum ducerent, ad ſalutem ſuam tuendam alieno auxilio non indigere, ſed ipſos per ſe cum urbes tum regionem poſſe defendere; partim etiam, quod beneficiorum memores, quæ *Ptolemæus* in Achæos olim contulerat, amicitiam cum illo conſervare ſtudebant, neque exiſtimari volebant ullum alium reſpicere. Procedente vero bello, quum *Cleomenes* Lacedæmone formam reipubl. a patribus acceptam antiquaſſet, ac regnum legitimum in tyrannidem mutaſſet, nec minus interea ſollerter atque acriter bellum gereret; prævidens *Aratus* id quod futurum erat, & *Aetolorum* vafritiem audaciamque reformidans, faciendum ſibi duxit, ut eorum conſilia multo ante conturbaret. Quamobrem, quæ animadverteret Macedoniæ regem *Antigonum* & rebus agendis intentum, & prudentem, & ad colendas cum fide ſocietates pronum; ceterum ſatis gnarus, reges natura neminem vel hoſtem vel ami-

Ol. CXXXIX. A.V. 529. Aratus societatem molitur cum Antig.

ἐχθρὸν οὔτε φίλον, ταῖς δὲ τοῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετρούντας τὰς ἔχθρας καὶ τὰς φιλίας· ἐπε-6 βάλετο λαλεῖν πρὸς τὸν εἰρημένον βασιλέα, καὶ συμπλέκειν τὰς χεῖρας, ὑποδεικνύων αὐτῷ τὸ συμ-βησόμενον ἐκ τῶν πραγμάτων. Προδήλως μὲν οὖν7 αὐτὸ πράττειν ἀσύμφορον ἡγεῖτο διὰ πλείους αἰτίας. τόν τε γὰρ Κλεομένην καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἀνταγω-νιστὰς παρασκευάζειν ἔμελλε πρὸς τὴν ἐπιβολήν· τούς τε πολλοὺς τῶν Ἀχαιῶν διατρέψειν, καταφεύ-8 γων ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς, καὶ δοκῶν ὁλοσχερῶς ἀπε-γνωκέναι τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας· ὅπερ ἥκιστα φαί-νεσθαι πράττων ἐβούλετο. διόπερ ἔχων τοιαύτην πρό-9 θεσιν, ἀδήλως αὐτὰ διενοεῖτο χειρίζειν. ἐξ οὗ πολλὰ10 παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἠναγκάζετο καὶ λέγειν· καὶ ποιεῖν πρὸς τοὺς ἐκτὸς, δι' ὧν ἔμελλε τὴν ἐναν-τίαν ἔμφασιν ὑποδεικνύων, ταύτην ἐπικρύψεσθαι τὴν οἰκονομίαν. ὧν χάριν ἔνια τούτων οὐδ' ἐν τοῖς ὑπο-11 μνήμασι κατέταξεν.

Εἰδὼς

amicum ducere, verum ex ſuis ſemper utilitatibus amicitias & inimicitias æſtimare; impetum cepit cum eo rege colloquendi, amicitiamque cum eo jungendi, admonendo illum de exitu qui futurus eſſet earum rerum quæ tunc parabantur. Sed palam quidem id facere, multis de cauſſis non expedire judicabat. Nam & Cleomenem cum Aetolis ſuo adverſaturos propoſito non ignorabat; & vulgi Achæorum vehementer ſe animos dejecturum, qui ad ſubſidium hoſtium confugeret, nullamque ſpem amplius in ipſis reponere videretur; quod quidem minime omnium videri volebat. Quare quod volvebat animo, ſic tractandum cenſuit, ut nemo animadverteret. Vnde accidebat, ut & facere & dicere multa in vulgus cogeretur, per quæ, contrariam mentem præ ſe ferens, molitionem hanc ſuam occultaret. Quare ne in *Commentarios* quidem ſuos horum nonnulla retulit.

48. Non

Digitized by Google

Εἰδὼς δὲ, τοὺς Μεγαλοπολίτας, κακοπαθοῦν- XLVIII. Ol. CXXXIX. A.V. 529.
τας μὲν τῷ πολέμῳ, διὰ τὸ παρακεῖμένους τῇ Λα- In eam rem uti-
κεδαίμονι προπολεμεῖν τῶν ἄλλων· οὐ τυγχάνοντας tur Me-
δὲ τῆς καθηκούσης ἐπικουρίας ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, galopoli-
διὰ τὸ κἀκείνους δυσχρηστεῖσθαι, θλιβομένους ὑπὸ tarum
2τῆς περιστάσεως· σαφῶς δὲ γινώσκων, οἰκείως διά- opera.
κειμένους αὐτοὺς πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν, ἐκ τῶν
3κατὰ τὸν Ἀμύντου Φίλιππον εὐεργεσιῶν· δεῖγμα
ποιούμενος, διότι ταχέως ἄν, ὑπὸ τοῦ Κλεομένους
πιεζόμενοι, καταφύγοιεν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, καὶ τὰς
4Μακεδόνων ἐλπίδας· κοινολογηθεὶς οὖν δι' ἀπορ- Nicopha-
ρήτων περὶ τῆς ὅλης ἐπιβολῆς Νικοφάνει καὶ Κερκιδᾷ nes & Cercidas,
τοῖς Μεγαλοπολίταις, οἵ τινες ἦσαν αὐτοῦ πατρι- Megalo-
politæ.
5κοὶ ξένοι, καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν εὐφυεῖς· ῥᾳδίως
διὰ τούτων ὁρμὴν παρέστησε τοῖς Μεγαλοπολίταις
εἰς τὸ πρεσβεύειν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ πα-
ρακαλεῖν πέμπειν πρὸς τὸν Ἀντίγονον ὑπὲρ βοη-
θείας.

48. Non fugiebat *Aratum*, *Megalopolitanos*, qui Lacedæmoni adjacerent, præ ceteris ad bellum expositos, pessimo loco esse; &, quoniam ab Achæis, qui & ipsi difficultatibus premebantur, necessaria auxilia non acciperent, præcipuis belli calamitatibus adfligi. Notum etiam habebat, propensum eorumdem Megalopolitanorum animum in regiam Macedonum domum, jam inde a temporibus Philippi Amyntæ filii, qui de illis bene fuit meritus. His argumentis inductus non dubitabat, quin hi, si gravius a *Cleomene* urgerentur, *Antigonum* & Macedonicas opes respecturi essent. Erant autem duo *Megalopolitani* cives, *Nicophanes* & *Cercidas*, quibus cum *Arato* hospitium paternum intercedebat; ambo ad rem, quam ille parabat, ingenio apti. Cum his arcano colloquio habito, facile per eos efficit, ut Megalopolitani consilium ineant legatos mittendi ad Achæorum conventum; acturos cum iis, ut auxilium legatione

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 529. θείας. Οἱ μὲν οὖν Μεγαλοπολῖται κατέστησαν 6 αὐτοὺς τοὺς περὶ τὸν Νικοφάνην καὶ τὸν Κερκιδᾶν πρεσβευτὰς πρός τε τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ κεῖθεν εὐθέως πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ἂν αὐτοῖς συγκατάθηται τὸ ἔθνος. οἱ δ' Ἀχαιοὶ συνεχώρησαν πρεσβεύειν τοῖς 7

Legati ad Antigonum. Μεγαλοπολίταις. Σπουδῇ δὲ συμμίξαντες οἱ περὶ 8 τὸν Νικοφάνην τῷ βασιλεῖ, διελέγοντο, περὶ μὲν τῆς ἑαυτῶν πατρίδος, αὐτὰ τἀναγκαῖα διὰ βραχέων καὶ κεφαλαιωδῶς, τὰ δὲ πολλὰ περὶ τῶν ὅλων, κατὰ τὰς ἐντολὰς τὰς Ἀράτου καὶ τὰς ὑποθέσεις.

XLIX. Mandata legatorum. Αὗται δ' ἦσαν, ὑποδεικνύναι τὴν Αἰτωλῶν καὶ Κλεομένους κοινοπραγίαν, τί δύναται, καὶ ποῖ τείνει· καὶ δηλοῦν, ὅτι πρώτοις μὲν αὐτοῖς Ἀχαιοῖς εὐλαβητέον, ἔξῆς δὲ καὶ μᾶλλον Ἀντιγόνῳ. τοῦτο μὲν γὰρ, ὡς Ἀχαιοὶ τὸν ἐξ ἀμφοῖν πόλεμον οὐκ ἂν ὑπενέγκαιεν, εὐθεώρητον εἶναι πᾶσι· τοῦτο δ', ὡς Αἰτω-

XLIX. 1. Αὗται. *Scripti omnes* αὐτοὶ. *Hinc Casaub.* αὐταί.

ne missa ab Antigono petant. Igitur decreto facto a Megalopolitanis, jubentur illi ipsi *Nicophanes* & *Cercidas* ad Achæos publico nomine proficisci; atque inde recta, si modo ita visum Achæis fuisset, ad *Antigonum*. Concessere Achæi Megalopolitanis, ut legatos mitterent. *Nicophanes* igitur cum collega ubi ad regem venisset, sermonem cum eo habet: de patria quidem sua nihil commemorans, nisi quæ maxime essent necessaria, & hæc ipsa quidem breviter & summatim; at de summa rerum copiose verba faciens, ex *Arati* mandatis atque monitis.

49. Ea autem erant: *Ut ob oculos Regi ponerent, hæc Aetolorum & Cleomenis societas quam vim haberet, & quo spectaret: ostenderentque primum quidem solis Achæis periculum imminere; proximum autem, & majus quidem, ipsi Antigono. Nam quod Achæi bello ab ambobus illis populis illato pares non sint futuri, id quidem facile ab omnibus intelligi: quod*

Αἰτωλοὶ καὶ Κλεομένης, κρατήσαντες τούτων, οὐκ εὐδοκήσουσιν, οὐδὲ μενοῦσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, ἔτι 3τοῦ πρόθεν ῥᾷον εἶναι τῷ νοῦν ἔχοντι συνιδεῖν. τήν τε γὰρ Αἰτωλῶν πλεονεξίαν οὐχ οἷον τοῖς Πελοποννησίων ὅροις εὐδοκήσαι ποτ' ἂν περιληφθεῖσαν, ἀλλ' 4οὐδὲ τοῖς τῆς Ἑλλάδος. τήν τε Κλεομένους φιλοτιμίαν, καὶ τὴν ὅλην ἐπιβολήν, κατὰ μὲν τὸ παρὸν, αὐτῆς ἐφίεσθαι τῆς Πελοποννησίων ἀρχῆς· τυχόντα δὲ ταύτης τὸν προειρημένον, κατὰ πόδας ἐνδέξεσθαι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας. ἧς οὐχ οἷόν τε καθικέσθαι, μὴ οὐ πρόσθεν καταλύσαντα τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. Σκοπεῖν οὖν αὐτὸν ἠξίουν, προορώμενον τὸ μέλλον, πότερον συμφέρει τοῖς σφετέροις πράγμασι, μετ' Ἀχαιῶν καὶ Βοιωτῶν ἐν Πελοποννήσῳ πρὸς Κλεομένην πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας· ἢ, προέμενον τὸ μέγιστον ἔθνος, διακινδυνεύειν ἐν Θετταλίᾳ πρὸς Αἰτωλοὺς καὶ Βοιωτούς, ἔτι

Ol. CXXXIX. A.V. 529. Mandata legatorum ad Antigonum.

2. οὐδὲ μενοῦσιν ex conj. posui. Vulgo omnes οὐδὲ μὴ μείνωσι. In Aug. tamen μὴ ut suspectum notatur. An οὐδ' ἐμμενοῦσιν?

quod autem Aetoli & Cleomenes, debellatis Achæis, cupiditati suæ finem non sint facturi, neque in eo statu mansuri; id vero recte existimanti manifestius etiam esse quam illud superius. Nam avaritiæ quidem Aetolorum, nec Græciæ universæ fines fore satis, nedum ut Peloponnesus illam expleat. Cleomenem vero, quæ hominis est ambitio & vitæ totius propositum; quantumvis in præsentia solius Peloponnesi dominatum petat; posquam hujus voti compos fuerit factus, e vestigio principatum Græcorum sibi vindicare conaturum: quem impetrare, nisi everso prius Macedonum imperio, nemo queat. Orare ergo legati Regem: *in futurum cogitationes suas extenderet; videretque, utrum magis e re sua fuerit, Achæis Bœotisque auxiliantem, in Peloponneso cum Cleomene de principatu Græcorum contendere? an, neglecta occasione gentis maximæ sibi conciliandæ, in Thessalia cum Aetolis,*

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 529. Mandata legatorum.

ἔτι δ' Ἀχαιοὺς καὶ Λακεδαιμονίους, ὑπὲρ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς. Εἰ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ, τὴν ἐκ τῶν Ἀχαιῶν εἰς αὐτοὺς γεγενημένην εὔνοιαν ἐν τοῖς κατὰ Δημήτριον καιροῖς ἐντρεπόμενοι, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν ὑποκρίνωνται, καθάπερ καὶ νῦν· πολεμήσειν αὐτοὺς ἔφασαν τοὺς Ἀχαιοὺς πρὸς τὸν Κλεομένην· κἂν μὲν ἡ τύχη συνεπιλαμβάνηται, μὴ δεῖσθαι χρείας τῶν βοηθησόντων. ἂν δ' ἀντιπίπτῃ τὰ τῆς τύχης, Αἰτωλοὶ δὲ συνεπιτίθωνται, προσέχειν αὐτὸν παρεκάλουν τοῖς πράγμασιν, ἵνα μὴ πρόηται τοὺς καιρούς, ἔτι δὲ δυναμένοις σώζεσθαι Πελοποννησίοις ἐπαρκέσῃ. περὶ δὲ πίστεως καὶ χάριτος ἀποδόσεως, ῥᾳθυμεῖν αὐτὸν ᾤοντο δεῖν· τῆς γὰρ χρείας ἐπιτελουμένης, αὐτὸν εὑρήσειν τὸν Ἄρατον εὐδοκουμένας ἀμφοτέροις ὑπισχνοῦντο πίστεις. ὁμοίως δ', ἔφασαν, καὶ τὸν καιρὸν τῆς βοηθείας αὐτὸν ὑποδείξειν.

lis, Bœotis, nec non Achæis & Lacedæmoniis pro Macedoniæ imperio pugnantem periclitari? Iam quodsi Aetoli, pudore cohibiti ob beneficia ab Achæis bello Demetriaco in se collata, velle se quiescere simulaverint, sicut adhuc fecissent; tum quidem solos Achæos cum Cleomene, ajebant, bellum gesturos: quorum conatibus si fortuna faverit, sociorum auxilio nihil fore opus. Sin adversam se illa præbuerit, & cum hoste Aetoli se conjunxerint; petere ab illo, animum adverteret ad ea quæ agerentur, neque occasiones rerum sibi elabi sineret; sed Peloponnesiis, dum servari adhuc potuerint, ferret opem. De fide porro & referenda gratia securum esse illum debere; Aratum namque ipsum, cum rei exsequendæ tempus venisset, fidei pignora utrisque grata esse inventurum. Simul indicaturum eumdem, quando opportunum fuerit venire auxilio.

Ὁ μὲν

50. Hæc

Ὁ μὲν οὖν Ἀντίγονος, ἀκούσας ταῦτα, καὶ δόξας ἀληθινῶς καὶ πραγματικῶς ὑποδεικνύναι τὸν Ἄρατον, προσεῖχε τοῖς ἐξῆς πραττομένοις ἐπιμελῶς. ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς Μεγαλοπολίταις, ἐπαγγελλόμενος βοηθήσειν, ἐὰν καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς τοῦτο βουλωμένοις ᾖ. Τῶν δὲ περὶ τὸν Νικοφάνην καὶ Κερκιδᾶν ἐπανελθόντων εἰς οἶκον, καὶ τάς τε παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὰς ἀποδόντων, καὶ τὴν λοιπὴν εὐνοιαν αὐτοῦ καὶ προθυμίαν διασαφούντων· μετεωρισθέντες οἱ Μεγαλοπολῖται, προθύμως ἔσχον ἰέναι πρὸς τὴν σύνοδον τῶν Ἀχαιῶν, καὶ παρακαλεῖν ἐπισπάσασθαι τὸν Ἀντίγονον, καὶ τὰ πράγματα καταὶ σπουδὴν ἐγχειρίζειν αὐτῷ. Ὁ δ' Ἄρατος, διακούσας κατ' ἰδίαν τῶν περὶ τὸν Νικοφάνην τὴν τοῦ βασιλέως αἵρεσιν, ἣν ἔχει πρός τε τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ πρὸς αὐτὸν, περιχαρὴς ἦν, τῷ μὴ διακενῆς πεποιῆσθαι τὴν ἐπίνοιαν, μηδ' εὑρῆσθαι κατὰ τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἐλπίδα τὸν Ἀντίγονον εἰς τέλος ἀπηλοτριω-

L. Ol. CXXXIX. A.V. 529. Promittit societatem Antigonus.

Soli statim bellum suscipiunt Achæi, duce Arato.

50. Hæc cum intellexisset *Antigonus*; verum ac prudens *Arati* consilium judicans, magna deinceps cura, quid rerum ageretur, attendebat. Ad *Megalopolitanos* etiam scripsit, auxilia promittens, dummodo id volentibus *Achæis* fieret. *Nicophanes* & *Cercidas*; domum reversi, post traditas regis literas, benevolentiam & propensam ejus voluntatem declarant. *Megalopolitani*, elatis ad hunc nuntium animis, nihil habuere antiquius, quam ut ad conventum Achæorum profecti eos hortarentur, ut Antigonum arcesserent, & quantocyus rerum curam illi demandarent. *Aratus* vero, ubi privatim a Nicophane & collega ejus didicisset; quo animo esset rex cum erga universos Achæos, tum erga se; lætitia gestire, quod non frustra ejusmodi consilium excogitasset, neque penitus a se alienatus, sicuti speraverant Aetoli, *Antigonus* esset repertus. Maxime autem facere

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 529. Soli bellum suscipiunt Achæi, duce Arato.

τριωμένον ἑαυτοῦ. πάνυ δὲ πρὸς λόγον ἠγεῖτο γίγνεσθαι, καὶ τὸ τοὺς Μεγαλοπολίτας προθύμους εἶναι, διὰ τῶν Ἀχαιῶν φέρειν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον τὰ πράγματα. μάλιστα μὲν γὰρ, ὡς ἐπάνω προεῖπον, ἔσπευδε μὴ προσδεηθῆναι τῆς βοηθείας· εἰ δ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τοῦτο δέοι καταφεύγειν, οὐ μόνον ἐβούλετο δι' αὐτοῦ γενέσθαι τὴν κλῆσιν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐξ ἁπάντων τῶν Ἀχαιῶν. ἠγωνία γὰρ, εἰ παραγενόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τοὺς Κλεομένους καὶ τῶν Λακεδαιμονίων, ἀλλοιότερόν τι βουλεύσοιτο περὶ τῆς κοινῆς πολιτείας, μή ποθ' ὁμολογουμένως τῶν συμβαινόντων αὐτὸς ἀναλάβῃ τὴν αἰτίαν· δόξαντος δικαίως τοῦτο πράττειν, διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ προγεγενημένην ἀδικίαν περὶ τὸν Ἀκροκόρινθον εἰς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν. Διόπερ, ἅμα τῷ παρελθόντας τοὺς Μεγαλοπολίτας εἰς τὸ κοινὸν βουλευτήριον, τά τε γράμματα τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπι-

L. 8. ἀλλοιότερόν τι ex Reisk. conject. pro vulg. ἀλλ' ὕστερόν τι.

vere ad rem illi videbatur promta hæc voluntas Megalopolitanorum, rerum summam per Achivos ad Antigonum deferendi. *Aratus* enim, quemadmodum ante diximus, optabat ille quidem, summoque id agebat studio, ne cujusquam auxilio opus foret: sin eo necessitatis essent venturi; non a seruno, verum ab universis Achæis, regem volebat vocari. Magnopere enim verebatur, postquam rex adveniisset, ac Cleomenem Lacedæmoniosque debellasset, si secius deinde aliquid consuleret adversus communem ipsorum Rempublicam, ne mali totius causa uni sibi tunc adscriberetur; atque omnes ita judicarent, jure id Antigonum facere, propter insignem injuriam, capto Acrocorintho, regibus Macedonum per *Aratum* illatam. Itaque, cum *Megalopolitani* ad commune Achæorum consilium accessissent, ostensaque epistola quam acceperant, eximiam regis

ἐπιδεικνύναι, καὶ διασαφεῖν τὴν ὅλην εὔνοιαν τοῦ βασιλέως, πρὸς δὲ τούτοις ἀξιοῦν ἐπισπάσασθαι τὸν Ἀντίγονον τὴν ταχίστην, εἶναι δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμῆς· προσελθὼν Ἄρατος, καὶ τήν τε τοῦ βασιλέως προθυμίαν ἀποδεξάμενος, καὶ τὴν τῶν πολλῶν διάληψιν ἐπαινέσας, παρεκάλει διὰ πλειόνων, μάλιστα μὲν πειρᾶσθαι δι' αὐτῶν σώζειν καὶ τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν· οὐδὲν γὰρ εἶναι τούτου κάλλιον, οὐδὲ συμφορώτερον. ἐὰν δ' ἄρα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἀντιβαίνῃ τὰ τῆς τύχης, πρότερον, ἔφη, δεῖν ἐξελέγξαντας πάσας τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας, τότε καταφεύγειν ἐπὶ τὰς τῶν φίλων βοηθείας. Ol. CXXXIX. A.V. 529. Soli bellum fusciipiunt Achæi, duce Arato.

Ἐπισημηναμένου δὲ τοῦ πλήθους, ἔδοξε μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, καὶ δι' αὐτῶν ἐπιτελεῖν τὸν πανεστῶτα πόλεμον. Ἐπεὶ δὲ Πτολεμαῖος μὲν, ἀπογνοὺς τὸ ἔθνος, Κλομένει χορηγεῖν ἐπεβάλλετο, βουλόμενος LI. Cladibus adficiuntur Achæi

II. συμφορώτερον correxi. Vulgo h. l. omnes συμφερώτερον.

regis erga totum illum cœtum benevolentiam declarâssent, ad hæc faciendum dicerent, ut quamprimum Antigonus acciretur; quumque id ipsum plerique etiam Achæorum percuperent; prodit *Aratus* in medium, &, regis promta voluntate commendata, multitudinis etiam laudata sententia, multis hortari eos cœpit, ut *in hanc præcipue curam incumberent, quo, si fieri posset, cum urbes, tum agros, per se defenderent: nihil enim aut honestius eo futurum aut utilius. Sin fortunam suis conatibus adversam experiantur; tunc demum ad subsidia amicorum esse confugiendum, postquam omnia prius, quæ in ipsis essent, forent experti.*

51. Approbata omnium consensu *Arati* sententia; placuit, nihil movere: &, ut præsens bellum per se *Achæi* soli gererent. Sed quum *Ptolemæus*, desperans retinere se posse in amicitia sua gentem Achæorum, *Cleomeni* necessaria suppedi-

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 529. λόμενος αὐτὸν ἐπαλείφειν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, διὰ τὸ πλείους ἐλπίδας ἔχειν ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἢπερ ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς, τοῦ δύνασθαι διακατέχειν τὰς τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλέων ἐπιβολάς· οἱ δ' 3 Ἀχαιοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἠλαττώθησαν περὶ τὸ Λύκαιον, συμπλακέντες κατὰ πορείαν τῷ Κλεομένει· τὸ δὲ δεύτερον ἐκ παρατάξεως ἡττήθησαν, ἐν τοῖς Λαδοκείοις καλουμένοις τῆς Μεγαλοπολίτιδος, ὅτε καὶ Λυδιάδας ἔπεσε· τὸ δὲ τρίτον ὁλοσχερῶς ἔπταισαν ἐν τῇ Δυμαίᾳ, περὶ τὸ καλούμενον Ἑκατόμβαιον, παυδημεὶ διακινδυνεύοντες· τότ' ἤδη τῶν 4 πραγμάτων οὐκ ἔτι διδόντων ἀναστροφὴν, ἠνάγκαζε τὰ περιεστῶτα καταφεύγειν ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον. ἐν ᾧ καιρῷ πρεσβευτὴν τὸν υἱὸν ἐξαπο- 5 στείλας Ἄρατος πρὸς Ἀντίγονον, ἐβεβαιώσατο τὰ περὶ τῆς βοηθείας. Παρεῖχε δ' αὐτοῖς ἀπορίαν 6 καὶ

ad Lycæum, ad Ladocea, ad Hecatombæum.

Achæi & Aratus advocant Antigonum.

LI. 3. Λαδοκείοις. Λαοδικίοις edd. cum plerisque h. l. mstis. Λαοδοκίοις Flor. Ibid. Λυδιάδας. Λυσιάδας Bav.

tare cœpisset: (quia enim ad impediendа regum Macedoniæ consilia majorem in Lacedæmoniis quam in Achæis spem ponebat; propterea adversus Antigonum Cleomenem stimulans, sumtus etiam suggerebat:) quum etiam *Achæi* primo ad *Lycæum*, conflictu cum *Cleomene* habito, qui forte iter habentibus occurrerat, cæsi essent; & alteram deinde cladem, collatis signis cum hoste congressi ad *Ladocea*, quæ vocantur, in Megalopolitanorum finibus, accepissent; quo prælio etiam *Lydiadas* est occisus; tertio denique, quum in Dymæensi agro ad *Hecatombæum* quod vocant, totis viribus inito certamine, ingenti strage fusi essent: tum enimvero, dilationem rebus jam non ferentibus, præsens periculum Achæos coëgit, ut *Antigoni* auxilium communi omnes consensu implorarent. Eo tempore *Aratus*, filio ad Antigonum misso, quæ prius de ferenda ope fuerant acta, firmavit. Sed maxima hic difficultas

atque

καὶ δυσχρηστίαν μεγίστην, τὸ μήτε τὸν βασιλέα δοκεῖν ἂν βοηθῆσαι χωρὶς τοῦ κομίσασθαι τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ λαβεῖν ὁρμητήριον πρὸς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον τὴν τῶν Κορινθίων πόλιν· μήτε τοὺς Ἀχαιοὺς ἂν τολμῆσαι Κορινθίους ἄκοντας ἐγχειρίσαι Μακεδόσι. διὸ καὶ τὸ πρῶτον ὑπέρθεσιν ἔσχε τὸ διαβούλιον, χάριν τῆς περὶ τῶν πίστεων ἐπισκέψεως. Ol. CXXXIX. A.V. 529.

LII. Cleomenes plura Achæorum oppida capit.

Ὁ δὲ Κλεομένης, καταπληξάμενος τοῖς προειρημένοις εὐτυχήμασι, λοιπὸν ἀδεῶς ἐπεπορεύετο τὰς πόλεις, ἃς μὲν πάθων, ἃς δὲ τὸν φόβον ἀνατείνομενος. προσλαβὼν δὲ τῷ τρόπῳ τούτῳ Καφύας, Πελλήνην, Φενεόν, Ἄργος, Φλιοῦντα, Κλεωνάς, Ἐπίδαυρον, Ἑρμιόνα, Τροιζῆνα, τελευταῖον Κόρινθον· αὐτὸς μὲν προσεστρατοπέδευσε τῇ τῶν Σικυωνίων πόλει, τοὺς δ' Ἀχαιοὺς ἀπέλυσε τοῦ μεγίστου προβλήματος. τῶν γὰρ Κορινθίων τῷ μὲν Ἀράτῳ στρατηγοῦντι καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς παραγγειλάντων ἐκ τῆς Eidem Corinthii se dedunt.

atque dubitatio sese offerebat: quod neque rex auxiliatur venturus credebatur, nisi prius *Acrocorintho* recepto, & Corinthiorum urbe tradita, ut ea veluti arce belli ad res agendas uteretur; neque Achæi audebant invitos Corinthios Macedonibus in poteſtatem tradere. Quare dilata primum illa deliberatio eſt, ut de fidei pignoribus diligentius cogitaretur.

52. *Cleomenes* interim, magno ſui terrore re toties bene geſta injecto, fidenter dehinc graſſari, urbes alias blanditiis, alias metu adjungere. Quumque hoc modo *Caphyas*, *Pellenem*, *Pheneum*, *Argos*, *Phliuntem*, *Cleonas*, *Epidaurum*, *Hermionem*, *Trœzenem*, poſtremo *Corinthum* occupaſſet; ipſe quidem ad *Sicyoniorum* urbem caſtra promovit, ceterum Achæos dubitatione, quæ ſe illis obtulerat maxima, abſolvit. Quum enim *Corinthii* Arato prætori ceterisque Achæis denuntiaſſent, ut

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 529. πόλεως ἀπαλλάττεσθαι, πρὸς δὲ τὸν Κλεομένην διαπεμπομένων καὶ καλούντων· παρεδόθη τοῖς Ἀχαιοῖς ἀφορμὴ καὶ πρόφασις εὔλογος. ἧς ἐπιλαβόμενος 4 Ἄρατος, καὶ προτείνας Ἀντιγόνῳ τὸν Ἀκροκόρινθον, κατεχόντων Ἀχαιῶν τότε τὸν τόπον τοῦτον, ἔλυσε μὲν τὸ γεγονὸς ἔγκλημα πρὸς τὴν οἰκίαν, ἱκανὴν δὲ πίστιν παρέσχετο τῆς πρὸς τὰ μέλλοντα κοινωνίας· τὸ δὲ συνέχον, ὁρμητήριον παρεσκεύασεν Ἀντιγόνῳ πρὸς τὸν κατὰ Λακεδαιμονίων πόλεμον. Ὁ δὲ Κλεομένης, ἐπιγνοὺς τοὺς Ἀχαιοὺς συντιθεμένους τὰ πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ἀναζεύξας ἀπὸ τοῦ Σικυῶνος, κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν Ἰσθμὸν, διαλαβὼν χάρακι καὶ τάφρῳ τὸν μεταξὺ τόπον τοῦ τε Ἀκροκορίνθου καὶ τῶν Ὀνείων καλουμένων ὀρῶν· πᾶσαν ἤδη βεβαίως περιειληφὼς ταῖς ἐλπίσι τὴν Πελοποννησίων ἀρχήν. Ἀντίγονος δὲ πάλαι μὲν ἦν 6 ἐν παρασκευῇ, καραδοκῶν τὸ μέλλον, κατὰ τὰς ὑποθέσεις τὰς Ἀράτου· τότε δὲ συλλογιζόμενος ἐκ 7 τῶν

Acrocorinthum Antigono offert Aratus.

Advenit Antigonus in Peloponnes.

LII. 4. *Post τόπον τοῦτον inserunt* δοὺς *edd. ex Bav.* 7. τότε δὲ. *Conjunct.* δὲ *ex conject. inserui.*

ut urbe excederent; & ad *Cleomenem* contra mississent, qui eum vocarent; data Achæis occasio est, quam jure merito prætexerent. Hanc prehendit *Aratus:* oblatoque regi *Acrocorintho,* quem tunc Achæi tenebant, & veterem Macedonicæ domus offensam obliteravit, & futuræ in posterum societatis fidem abunde *Antigono* fecit; eidemque, quod maximi momenti erat, ad bellandum contra Lacedæmonios arcem belli paravit. *Cleomenes*, qui totius Peloponnesi principatum non dubia jam spe sibi desponderat; pactione cognita, quam *Achæi* & *Antigonus* inter se fecerant, omissa Sycione, ad Isthmum castra locat; omneque spatium, quod est inter *Acrocorinthum* & *Oneos montes*, vallo ac fossa munit. *Antigonus*, pridem ad bellum accinctus, occasioni imminebat, ut fuerat ab *Arato* monitus. Tunc igitur ex iis

Digitized by Google

τῶν προσπιπτόντων, ὅσον οὔπω παρεῖναι τὸν Κλεο- Ol. CXXXIX. A.V. 529.
μένην μετὰ τῆς δυνάμεως ἕως εἰς Θετταλίαν, διαπεμψάμενος πρός τε τὸν Ἄρατον καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς ὑπὲρ τῶν ὡμολογημένων, ἥκειν ἔχων τὰς δυνάμεις διὰ τῆς Εὐβοίας ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν. οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ, πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ τότε βουλόμενοι κωλῦσαι τὸν Ἀντίγονον τῆς βοηθείας, ἀπεῖπον αὐτῷ πορεύεσθαι μετὰ δυνάμεως ἐντὸς Πυλῶν· εἰ δὲ μὴ, διότι κωλύσουσι μεθ' ὅπλων αὐτοῦ τὴν ὁδόν. ὁ μὲν οὖν Ἀντίγονος καὶ Κλεομένης ἀντεστρατοπέδευον ἀλλήλοις. ὁ μὲν εἰσελθεῖν σπουδάζων εἰς Πελοπόννησον, ὁ δὲ Κλεομένης, κωλῦσαι τῆς εἰσόδου τὸν Ἀντίγονον. Advenit Antigonus in Peloponnes.

LIII. Argos occupant Achæi.

Οἱ δ' Ἀχαιοὶ, καίπερ οὐ μετρίως ἡλαττωμένοι τοῖς ὅλοις, ὅμως οὐκ ἀφίσταντο τῆς προθέσεως, οὐδ' ἐγκατέλιπον τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας. ἀλλ', ἅμα τῷ τὸν Ἀριστοτέλην τὸν Ἀργεῖον ἐπαναστῆναι τοῖς

7. ἕως ex conject. posui. Mssti omnes ὡς εἰς Θετταλίαν διαπεμψ. Vnus Reg. C. ὡς εἰς Θετ. Post Θετταλίαν vero importune addunt ἔτ' ὢν edd. ex Bav. 8. διότι Vat. Flor. ὅτι κωλύσουσι edd. cum aliis.

iis quæ nuntiabantur colligens, brevi tempore cum exercitu in Theſſaliam usque penetraturum Cleomenem; monito per nuntios Arato & Achæis de eis quæ inter ipſos convenerant, per Eubœam ad Iſthmum copias ducit. *Aetoli* enim, multa prius alia experti, tunc quoque impedire cupientes Antigonum quominus Achæis auxiliaretur, *ne cum exercitu Pylas intraret*, ei denuntiaverant: *ſin minus, armis ſe illum tranſitu prohibituros.* Antigonus igitur, ubi ad Iſthmum venit, caſtris Cleomenis caſtra opponere: ille cupere in Peloponneſum intrare; hic prohibere, ne intraret.

53. *Achæi*, licet afflictæ penitus res ipſorum erant, tamen a propoſito non diſcedere, neque ullam ſpem prætermittere. Sed ſimulac *Ariſtoteles Argivus* iis, qui Cleomenis ſectam ſequebantur, ſe opponere cœpiſſet, auxilio

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 529. Argos occupant Achæi.

Κλεομενισταῖς, βοηθήσαντες, καὶ παρεισπεσόντες μετὰ Τιμοξένου τοῦ στρατηγοῦ, κατέλαβον τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν. ὁ δὴ καὶ νομιστέον αἰτιώτατον γε-3 γονέναι τῆς τῶν πραγμάτων κατορθώσεως. τὸ γὰρ ἐπιλαβόμενον τῆς ὁρμῆς τοῦ Κλεομένους, καὶ προπτ-τῆσαν τὰς ψυχὰς τῶν δυνάμεων, τοῦτο ἦν, ὡς ἐξ αὐτῶν φανερὸν ἐγένετο τῶν πραγμάτων. καὶ γὰρ 4 τόπους εὐφυεστέρους προκατέχων, καὶ χορηγίαις δαψιλεστέραις Ἀντιγόνου χρώμενος, καὶ τόλμῃ καὶ φιλοτιμίᾳ μείζονι παρωρμημένος· ὅμως, ἅμα τῷ προσπεσεῖν αὐτῷ, διότι κατειλῆφθαι συμβαίνει τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, εὐθὺς ἀνά-σπαστος, ἀπολιπὼν τὰ προδεδηλωμένα προτερή-ματα, φυγῇ παραπλησίαν ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρη-σιν· δείσας μὴ πανταχόθεν αὐτῷ περιστῶσιν οἱ πο-λέμιοι. παραπεσὼν δ' εἰς Ἄργος, καὶ κατὰ ποσὸν ἀντιποιησάμενος τῆς πόλεως· μετὰ ταῦτα, γεν-ναίως

Recipere illam frustra tentat Cleomenes.

LIII. 5. αὐτῷ περιστῶσιν. αὐτὸν *Vat. Flor.*

auxilio profecti, & duce *Timoxeno* per fraudem clam oppidum ingressi, *Argivorum* urbem occupant. Qui successus præcipua censeri causa debet, cur res illorum in melius mutarint: nam & *Cleomenis* impetum is casus retardavit, & militum animos jam tum dejecit, sicut res ipsæ ostenderunt. Quamvis enim opportuniora loca præoccupata teneret, & commeatibus magis quam Antigonus abundaret, denique ad audendum majore studio atque impetu ferretur; tamen, simul nuntiatum illi est, Achæos Argivorum urbem cepisse, confestim itinere arrepto, omnia quæ dixi commoda, quibus superior Antigono erat, reliquit, & fugienti similis ab Isthmo recessit: veritus, ne ab hostibus undique circumveniretur. *Argos* inde profectus, impetum in urbem fecit, & aliquamdiu eam sibi vindicare conatus est. Sed, fortiter

Digitized by Google

ναίως μὲν τῶν Ἀχαιῶν, φιλοτίμως δὲ τῶν Ἀργείων ἐκ μεταμελείας αὐτὸν ἀμυναμένων, ἀποπεσὼν καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, καὶ ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ Μαντινείας, οὕτως ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην. Ol. CXXXIX. A.V. 529.

LIV. Antigonus occupat Acrocorinthum.

Ὁ δ' Ἀντίγονος, ἀσφαλῶς εἰς τὴν Πελοπόννησον εἰσελθών, παρέλαβε τὸν Ἀκροκόρινθον. οὐδένα δὲ χρόνον μείνας, εἴχετο τῶν προκειμένων, καὶ παρῆν εἰς Ἄργος. ἐπαινέσας δὲ τοὺς Ἀργείους, καὶ καταστησάμενος τὰ κατὰ τὴν πόλιν, αὖθις ἐκ ποδὸς ἐκίνει, ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπ' Ἀρκαδίας. ἐκβαλὼν δὲ τοὺς φρουροὺς ἐκ τῶν ἐποικοδομηθέντων χωρίων ὑπὸ Κλεομένους κατά τε τὴν Αἰγύτιν καὶ Βελμινᾶτιν χώραν, καὶ παραδοὺς τὰ φρούρια Μεγαλοπολίταις, ἦκε πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον εἰς Αἴγιον. ἀπολογισάμενος δὲ περὶ τῶν καθ' αὑτὸν, καὶ χρηματίσας περὶ τῶν μελλόντων, ἔτι δὲ καταστασθεὶς ἡγεμὼν ἁπάντων τῶν συμμάχων· μετὰ Præsidia Cleomenis expellit.

Y 4 ταῦτα

LIV. 3. τοὺς φρουροὺς. τὰς φρουρὰς *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* Ibid. Πελμινᾶτιν. *An* Βελβινᾶτιν?

ter Achæis, & pertinaciter etiam Argivis, ex pœnitentia prioris consilii, eum repellentibus; mox hoc quoque conatu frustratus, ducto per Mantineam suorum agmine, Spartam est reversus.

54. *Antigonus* sine periculo Peloponnesum intrat, traditumque sibi *Acrocorinthum* accipit: nec ulla ibi mora facta, propositum urgens, *Argos* se confert. Ibi laudatis civibus, & rebus in urbe compositis, e vestigio iterum castra movet, versus Arcadiam instituto itinere. Quumque præsidia e castellis nuper a Cleomene, cum in *Aegytico*, tum in *Belminati* agro exstructis dejecisset, eaque loca Megalopolitanis tradidisset, ad conventum Achæorum *Aegium* venit. Vbi exposita rerum ad se pertinentium ratione, & collatis de his quæ agenda superessent consiliis, dux omnium sociorum renunciatus, temporis

Ol. CXXXIX. A.V. 530. Plura oppida Cleomeni eripit Antigonus.

ταῦτα χρόνον μέν τινα παραχειμάζων διέτριβε περὶ Σικυῶνα καὶ Κόρινθον. Τῆς δ' ἐαρινῆς ὥρας ἐνισταμένης, ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις, προῆγε. καὶ διαγνόντες τριταῖος πρὸς τὴν τῶν Τεγεατῶν πόλιν, ἀπηντηκότων καὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐνταῦθα, περιστρατοπεδεύσας ἤρξατο πολιορκεῖν αὐτήν. τῶν δὲ Μακεδόνων ἐνεργῶς χρωμένων τῇ τε λοιπῇ πολιορκίᾳ καὶ τοῖς ὀρύγμασι, ταχέως ἀπελπίσαντες οἱ Τεγεᾶται τὴν σωτηρίαν, παρέδοσαν αὑτούς. Ὁ δ' Ἀντίγονος, ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἔχετο κατὰ τὸ συνεχὲς τῶν ἑξῆς, καὶ προῆγε κατὰ σπουδὴν εἰς τὴν Λακωνικήν. ἐγλίσας δὲ τῷ Κλεομένει, προκαθημένῳ τῆς ἑαυτοῦ χώρας, κατεπείραζε, καὶ συνίστατό τινας ἀκροβολισμούς. Προσπεσόντος δὲ διὰ τῶν κατασκόπων αὐτῷ, τοὺς ἐξ Ὀρχομενοῦ στρατιώτας παραβεβοηθηκέναι πρὸς τὸν Κλεομένην, παραυτίκα ποιησάμενος ἀναζυγήν, ἠπείγετο. καὶ τὸν μὲν /

Tegeam.

Orchomenum.

6. περιστρατον. παραστρατον. Bav. Sed altera lect. in marg. ἐνταῦθα autem caret idem.

poris aliquantum Sicyone & Corinthi hiemavit. Sed ineunte ſtatim vere copias ex hibernis educit, tertiisque caſtris ad *Tegeatarum* oppidum venit; quo etiam Achæi eodem tempore venerunt, cum illoque ſe junxerunt. Tum circa *Tegeam* poſitis caſtris, obſidere oppidum cœpit. Et quum Macedones artibus expugnandarum urbium omnibus ſtrenue obſeſſos premerent, maxime autem cuniculis faciendis; deſpondere ſtatim animum Tegeatæ, & deditionem facere. *Antigonus*, urbe præſidio firmata, ad alia porro pergit, & in Laconicam raptim copias ducit. Vt ad *Cleomenem* eſt ventum, qui pro finibus ditionis ſuæ cum exercitu eum exſpectabat; laceſſere ſtatim hoſtem Antigonus, ac leves pugnas facere. Dein ab exploratoribus monitus, præfidiarios Orchomeni milites auxiliatum Cleomeni veniſſe, caſtris confeſtim motis illuc contendit. Et *Orchomenum* quidem

μὲν Ὀρχομενὸν ἐξ ἐφόδου κατὰ κράτος εἷλε· μετὰ δὲ ταῦτα περιστρατοπεδεύσας τὴν τῶν Μαντινέων 12 ἐπολιόρκει πόλιν. ταχὺ δὲ καὶ ταύτην καταπλήξαμένων τῶν Μακεδόνων, καὶ λαβόντων ὑποχείριον, ἀναζεύξας προῆγε τὴν ἐφ' Ἡραίας καὶ Τελφούσης. 13 παραλαβὼν δὲ καὶ ταύτας τὰς πόλεις, ἐθελοντὶ προσχωρησάντων αὐτῷ τῶν κατοικούντων, οὕτως, ἤδη συνάπτοντος τοῦ χειμῶνος, παρῆν εἰς Αἴγιον 14 πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον. καὶ τοὺς μὲν Μακεδόνας ἐπ' οἴκου διαφῆκε πάντας εἰς τὴν χειμασίαν· αὐτὸς δὲ τοῖς Ἀχαιοῖς διελέγετο καὶ συνδιενοεῖτο περὶ τῶν ἐνεστώτων.

Ol. CXXXIX. A.V. 530.

Mantineam.

Heræam & Telphusam.

Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους συνθεωρῶν ὁ Κλεομένης, τὰς μὲν δυνάμεις διαφειμένας, τὸν δὲ Ἀντίγονον μετὰ τῶν μισθοφόρων ἐν Αἰγίῳ διατρίβοντα, καὶ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀφεστῶτα τῆς Μεγαλοπόλεως· τὴν δὲ πόλιν ταύτην εὐδὼς δυσφύλακτον οὖ-

LV. Cleomenes in Megalopolin irruit.

12. Τελφούσης. Θελφούσης dant h. l. mssti omnes. 13. ἐθελοντὴν Vat. ut solet.

LV. 1. Μεγαλοπόλ. Μεγάλης πόλεως Vat. Flor.

quidem primo impetu per vim capit: deinde vero ad *Mantineam* positis castris, eam obsidet. Hac quoque metu Macedonum perculsa & deditionem cito faciente, movet castra, ac versus *Heræam* & *Telphusam* ducit. Quumque etiam harum urbium incolæ sponte sua se illi adjunxissent, hieme jam appetente, *Aegium* ad conventum Achæorum se contulit. Ac Macedonibus omnibus ad hiberna domum dimissis, ipse cum Achæis quotidiana colloquia habebat; & cum illis, quid opus facto esset, deliberabat.

55. Inter hæc *Cleomenes*, copias ab Antigono dimissas cogitans, ipsum Aegii cum mercenariis cohortibus commorari, qui locus tridui itinere abest *Megalopoli*: gnarus, hanc urbem, propter vastitatem ac solitudinem, magno

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 530. Cleomenes in Megalopolin irruit.

σεν διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἐρημίαν, τότε δὲ καὶ ῥᾳθύμως τηρουμένην, διὰ τὴν Ἀντιγόνου παρουσίαν, τὸ δὲ μέγιστον, ἀπολωλότας τοὺς πλείστους τῶν ἐν ταῖς ἡλικίαις ἔν τε τῇ περὶ τὸ Λύκαιον, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ περὶ Λαοδόκεια μάχῃ· λαβὼν συνεργούς τινας τῶν ἐκ Μεσσήνης φυγάδων, οἱ διατρίβοντες ἐτύγχανον ἐν τῇ Μεγάλῃ πόλει, παρεισῆλθε διὰ τούτων λάθρα νυκτὸς ἐντὸς τῶν τειχῶν. τῆς δ' ἡμέρας ἐπιγενομένης, παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ μὴ μόνον ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅλοις κινδυνεῦσαι, διὰ τὴν εὐψυχίαν τῶν Μεγαλοπολιτῶν. ὁ δὴ καὶς τρισὶ μησὶ πρότερον αὐτῷ συνέβη παθεῖν, παρεισπεσόντι κατὰ τὸν Κωλαιὸν προσαγορευόμενον τόπον τῆς πόλεως. τότε δὲ τῷ πλήθει τῆς δυνάμεως καὶ τῷ προκαταλαμβάνεσθαι τοὺς εὐκαίρους τόπους, καθίκετο τῆς ἐπιβολῆς· καὶ πέρας ἐκβαλὼν τοὺς Μεγα-

2. Λαοδόκεια. Λαοδοκείᾳ *Vat.* Λαοδικείους *Flor.* *Ceteri vulgo* Λαοδίκεια. 3. ἐν τῇ Μεγαλοπόλει *Vat. Flor. Aug.* 4. ἐπιγενομένης *ex conjecł. Reiskii dedi. Vulgo omnes* ἐπαγομένης. 5. Κωλαιὸν. *Rectius fortaſſe* Φωλεόν.

magno & ſollicito præſidio opus habere, tunc vero, quia prope aderat Antigonus, negligentius cuſtodiri; &, quod præcipuum erat, maximam partem civium, qui per ætatem arma tractare poterant, in duobus præliis, primo ad Lycæum, altero ad Ladocea, fuiſſe conciſos: adjutus a Meſſeniis nonnullis, qui ab ſolo patrio extorres Megalopoli degebant; horum opera noctu omnibus inſciis, in urbem irrupit. Mox vero, appetente die, ſingulari virtute civium, non tantum pæne ejectus fuit, verum etiam de ſua & ſuorum ſalute eſt periclitatus: ſicut etiam ante tres menſes illi acciderat, cum ea regione urbis, quam *Colæum* [*Pholeum*, id eſt, *Luſtrum?*] vocant, clam oppidum eſſet ingreſſus. Sed jam, partim ob numerum militum, partim quod omnia opportuna loca occupaverat, voti compos eſt factus: ac tandem

Digitized by Google

Olympum ſtabant, qua parte Cleomenes erat, congredi ſtatuit, mercenarios & Macedonas ducens. Igitur, mercenariis in prima acie poſitis, phalangem Macedonum duplicem, cujus pars altera alteram preſſe ſequebatur, pone hos locat; propter locorum anguſtias id facere coactus. Signum inchoandi prælii, Illyriis quidem (hi noctu juxta *Gorgylum* amnem ad ipſas collis radices ſe applicuerant) conſtitutum fuerat, ut *invadere collem inciperent, ubi primum e proximis Olympo locis linteum attolli vidiſſent.* Megalopolitanis vero pariter & equitibus, *cum primum rex puniceum paludamentum ſuſtuliſſet.*

67. Vbi tempus dimicandi advenit, poſtquam Illyriis datum ſignum fuit, ſuique illos officii, quorum eæ partes erant, admonuere; extemplo omnes ſe hoſti oſtendunt, & collem adoriri incipiunt. Ibi tum levis armatura *Cleomenis*, quam inter equites fuiſſe locatam oſtendimus, animadverten-

tes

τῶν Ἀχαιῶν ἐρήμους ἐκ τῶν κατόπιν οὔσας, κατ' Ol. CXXXIX. A.V. 531.
οὐρὰν προσπίπτοντες, εἰς ὁλοσχερῆ κίνδυνον ἤγον
3τοὺς πρὸς τὸν λόφον βιαζομένους· ὡς ἂν τῶν μὲν
περὶ τὸν Εὐκλείδαν ἐξ ὑπερδεξίου κατὰ πρόσωπον
αὐτοῖς ἐφεστώτων, τῶν δὲ μισθοφόρων κατόπιν ἐπι-
κειμένων, καὶ προσφερόντων τὰς χεῖρας ἐρρωμένως.
4Ἐν ᾧ καιρῷ συννοήσας τὸ γενόμενον, ἅμα δὲ προ- Philo-
ρώμενος τὸ μέλλον, Φιλοποίμην ὁ Μεγαλοπολίτης, pœmenis
τὰ μὲν πρῶτον ὑποδεικνύειν ἐπεβάλλετο τοῖς προε- prudens
5στῶσι τὸ συμβησόμενον· οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐ- consili-
τῷ, διὰ τὸ μήτ' ἐφ' ἡγεμονίας τετάχθαι μηδεπώ- um.
ποτε, νομισθῆναι τε νέον ὑπάρχειν αὐτόν· παρακαλέ-
σας τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας, ἐνέβαλε τοῖς πολεμίοις
6τολμηρῶς. οὗ γενομένου, ταχέως οἱ προκείμενοι μι-
σθοφόροι κατ' οὐρὰν τοῖς προβαίνουσιν, ἀκούσαντες
τῆς κραυγῆς, καὶ συνιδόντες τὴν τῶν ἱππέων συμ-
πλοκήν, ἀφέμενοι τῶν προκειμένων, ἀνέτρεχον εἰς
τὰς ἐξ ἀρχῆς τάξεις, καὶ προσεβοήθουν τοῖς παρ'

LXVII. 6. προκείμενοι. Scripti omnes προκείμ.

tes Achæorum ordines a tergo nudos, ultimum eorum agmen invadunt, & in ſummum diſcrimen hos, qui in collem nitebantur, adducunt. Etenim ſimul & *Euclidas* e ſuperiore loco in frontem illis imminebat; & ipſi mercenarii, a tergo inſtantes, valide cædebant. Vidit hoc *Philopœmen Megalopolitanus*, ac ſtatim providens quod futurum erat, de ingruente periculo primum quidem ductores ordinum admonere inſtituit: ſed quum nemo animum ad verba ipſius adverteret, quia nullam umquam militiæ præfecturam geſſerat, & juvenis admodum erat; cives ſuos cohortatus, magna audacia hoſtium equitatum aggreditur. Quod ubi factum eſt, mercenarii, qui terga tendentium ad collem premebant, clamore audito, & cognito equitum conflictu, omiſſo eo quod inſtituerant, ſtationem priorem repetunt, & equi-

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 531. Philopœmenis prudens consilium.

αὐτῶν ἱππεῦσι. τούτου δὲ συμβάντος, ἀπερίσπαστον γενόμενον τό τε τῶν Ἰλλυριῶν καὶ Μακεδόνων καὶ τῶν ἅμα τούτοις προβαινόντων πλῆθος, ἐκθύμως ὥρμησε καὶ τεθαῤῥηκότως ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους. ἐξ οὗ καὶ μετὰ ταῦτα φανερὸν ἐγενήθη, διότι τοῦ κατὰ τὸν Εὐκλείδαν προτερήματος αἴτιος ἐγίγνετο Φιλοποίμην.

LXVIII. Philopœmenem laudat Antigonus.

Ὅθεν καὶ τὸν Ἀντίγονόν φασι μετὰ ταῦτα καταπειράζοντα πυνθάνεσθαι τοῦ ταχθέντος ἐπὶ τῶν ἱππέων Ἀλεξάνδρου, διὰ τί πρὸ τοῦ παραδοθῆναι τὸ σύνθημα τοῦ κινδύνου κατάρξαιτο. τοῦ δ' ἀρνουμένου, φάσκοντος δὲ, μειρακίόν τι Μεγαλοπολιτικὸν προεγχειρῆσαι πάρεσι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην· εἰπεῖν, διότι τὸ μὲν μειράκιον ἡγεμόνος ἔργον ἀγαθοῦ ποιήσαι, συνθεασάμενον τὸν καιρόν· ἐκεῖνος δ', ἡγεμὼν ὑπάρχων, μειρακίου τοῦ τυχόντος. Οὐ μὴν, ἀλλ' οἵ γε περὶ τὸν Εὐκλείδαν ὁρῶντες προσβαινούσας τὰς σπείρας,

Imperitia Euclidæ, fratris Cleomenis.

8. ἐγίγνετο. ἐγένετο edd. ex Bav.

& equitibus ſuis ſuppetias ferunt. Hoc modo Illyrii & Macedones, univerſaque multitudo quæ una cum his ad collem pergebat, liberati oblato impedimento, quod conatum ipſorum retardaverat, acriter atque fidenter hoſti obviam ire pergunt. Ex quo poſtea intellectum eſt, rei adverſus Euclidam bene geſtæ cauſſam præbuiſſe *Philopœmenem*.

68. Igitur fertur *Antigonus* poſt hæc *Alexandrum* equitum præfectum interrogaſſe, quæſiſſeque ex eo tentandi gratia: *Cur prius, quam datum eſſet ſignum, pugnam inchoaſſet?* Qui quum negaret a ſe factum; ſed *adoleſcentem neſcio quem Megalopolitanum, ſe repugnante, prælium occæpiſſe;* tum dixiſſe Antigonum: *Hunc quidem adoleſcentem, qui idoneum ac neceſſarium tempus animadvertiſſet, ſtrenui ducis officio functum; ipſum vero, qui dux eſſet, gregarii adoleſcentis.* Iam vero *Euclidas*, ut appropinquantes vidit Illyriorum ordines, commo-

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 531. Euclidæ imperitia.

ὀπείρους, ἀφέμενοι τοῦ χρῆσθαι ταῖς τῶν τόπων εὐ-
καιρίαις· τοῦτο δ' ἦν, ἐκ πολλοῦ συναντῶντας καὶ
προσπίπτοντας τοῖς πολεμίοις, τὰ μὲν ἐκείνων στί-
φη συνταράττειν καὶ διαλύειν, αὐτοὺς δ' ὑποχωρεῖν
ἐπὶ πόδα καὶ μεθίστασθαι πρὸς τοὺς ὑπερδεξίους
καὶ τόπους ἀσφαλῶς· οὕτω γὰρ ἂν προλυμηνάμε-
νοι καὶ συγχέαντες τὸ τοῦ καθοπλισμοῦ καὶ τῆς
συντάξεως ἰδίωμα τῶν ὑπεναντίων, ῥᾳδίως αὐτοὺς
ἐτρέψαντο διὰ τὴν τῶν τόπων εὐφυΐαν· τούτων μὲν
οὐδὲν ἐποίησαν· καθάπερ δ' ἐξ ἑτοίμου σφίσι τῆς
νίκης ὑπαρχούσης, τοὐναντίον ἔπραξαν. κατὰ γὰρ
τὴν ἐξ ἀρχῆς στάσιν ἔμενον ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς
ἀνωτάτω σπεύδοντες λαβεῖν τοὺς ὑπεναντίους, εἰς
τὸ τὴν φυγὴν ἐπὶ πολὺ καταφερῆ καὶ κρημνώδη γε-
νέσθαι τοῖς πολεμίοις. συνέβη δ', ὅπερ εἰκὸς ἦν, τοὐ-
ναντίον· οὐ γὰρ ἀπολιπόντες αὐτοῖς ἀναχώρησιν,
προσδεξάμενοι δ' ἀκερσίους ἅμα καὶ συνεστώσας

LXVIII. 8. προσδεξάμενοι. δεξάμενοι edd. ex Bav.

commoditate locorum uti prætermisit. Partes autem periti ducis fuerant, ut hosti longe occurreret, impetuque facto, ordines illius conturbaret ac dissiparet; tum rursus pedetentim retrocedens, ad superiora loca sese absque periculo reciperet. Sic enim confuso prius hoste, eaque opportunitate corrupta, quam ex genere armorum & propria dispositione aciei sibi spoponderant adversarii, facile postea, adjuvante loci natura, terga vertere eosdem coëgisset. At horum nihil *Euclidas* fecit, sed contrarium potius. Nam, quasi parata cessantibus victoria foret, sicut initio collocatus fuerat, sic in summo remanet colle; ratus, in ipso, si posset fieri, vertice hostem sibi excipiendum, quo longior mox per declivia & abrupta esset illius fuga. Plane vero contrarium, sicuti par erat, evenit: quum enim vacuum sibi nullum spatium reliquisset ad pedem referendum; ubi integri firmique

Illy-

Ol. CXXXIX. A.V. 531. τὰς σπείρας, εἰς τοῦτο δυσχρηστίας ἦλθον, ὥστε δι' αὐτῆς τῆς τοῦ λόφου κορυφῆς διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς βιαζομένους. λοιπὸν, ὅσον ἐκ ποδὸς ἐπιέθησαν τῷ βάρει τοῦ καθοπλισμοῦ καὶ τῆς συντάξεως· εὐθέως δ' οἱ μὲν Ἰλλυριοὶ τὴν καταύστασιν ἐλάμβανον, οἱ δὲ περὶ τὸν Εὐκλείδαν τὴν ὑπὸ πόδα, διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαι τόπον εἰς ἀναχώρησιν καὶ μετάστασιν ἑαυτοῖς. ἐξ οὗ ταχέως συνέβη τραπέντας αὐτοὺς, ἐλευθερίῳ χρήσασθαι Φυγῇ, κρημνώδη καὶ δύσβατον ἐχόντων ἐπὶ πολὺ τὴν ἀναχώρησιν τῶν τόπων.

Fugatur Euclidas.

LXIX. Philopœmenis fortitudo.

Ἅμα δὲ τούτοις, ὁ περὶ τοὺς ἱππεῖς συνετελεῖτο κίνδυνος, ἐκπρεπῆ ποιουμένων τὴν χρείαν τῶν Ἀχαϊκῶν ἱππέων ἁπάντων, μάλιστα δὲ Φιλοποίμενος, διὰ τὸ περὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας συνεστάναι τὸν ὅλον ἀγῶνα. καθ' ὃν καιρὸν τῷ προειρημένῳ συνέβη, τὸν μὲν ἵππον πεσεῖν, πληγέντα καιρίως· αὐτὸν δὲ πεζομαχοῦντα περιπεσεῖν τραύματι βιαίῳ, δι'

Illyriorum ordines fuere excipiendi, eo difficultatum venit *Euclidas*, ut in ipso vertice cum irrumpentibus dimicare cogeretur. Itaque e vestigio premebatur gravitate armorum & aciei robore hostium: & continuo *Illyrii* locum, quo *Euclidas* constiterat, capessebant; ipse cum suis inferiora capere coactus est, quia spatium ad retrocedendum, & ad locum commode mutandum suis non reliquerat. Ex quo facile Illyriis fuit, victos ac fugientes premere, quum per loca prærupta atque impedita esset illis evadendum.

69. Dum hæc fiunt, simul equestris pugna commissa est; omnibus Achaïcis equitibus fortiter pugnam capessentibus, quod eo certamine libertas eorum agebatur; præcipue tamen *Philopœmene*. Et huic quidem in eo prælio accidit, ut equus, letali accepto vulnere, caderet; atque ipse, inter pedites pugnans, gravi vulnere, trajecto utroque femore,

re,

Digitized by Google

3 δι' ἀμφοῖν τοῖν μηρῶν. Οἱ δὲ βασιλεῖς κατὰ τὸν Ὄλυμπον τὸ μὲν πρῶτον ἐπειοῦντο διὰ τῶν εὐζώνων καὶ μισθοφόρων τὴν συμπλοκήν, παρ' ἑκατέροις σχε-
4 δὸν ὑπαρχόντων τούτων εἰς πεντακισχιλίους. ὧν ποτὲ μὲν κατὰ μέρη, ποτὲ δ' ὁλοσχερῶς συμπιπτόντων, διαφέρουσαν συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ἐξ ἀμφοῖν χρείαν, ὁμοῦ τῶν τε βασιλέων καὶ τῶν στρα-
5 τοπέδων ἐν συνόψει ποιουμένων τὴν μάχην. ἠμιλλῶντο δὲ πρὸς ἑαυτοὺς καὶ κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ τά-
6 γμα τοῖς εὐψυχίαις. Ὁ δὲ Κλεομένης, ὁρῶν τοὺς μὲν περὶ τὸν ἀδελφὸν πεφευγότας, τοὺς δ' ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἱππεῖς ὅσον οὔπω κλίνοντας· καταπλαγὴς ὢν, μὴ πανταχόθεν προσδέξηται τοὺς πολεμίους, ἠναγκάζετο διασπᾶν τὰ προτειχίσματα, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν ἐξάγων μετωπηδὸν κατὰ
7 μίαν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας. ἀναπληθέντων δὲ τῶν παρ' ἑτέροις εὐζώνων ἐκ τοῦ μεταξὺ τόπου διὰ τῆς σάλπιγγος, συναλαλάξασαι, καὶ μεταβα-

Ol. CXXXIX. A.V. 531. Prælium inter reges commissum.

λοῦσαι

LXIX. 7. μεταβαλοῦσαι. An καταβαλοῦσαι?

re, afficeretur. Reges vero, ad *Olympum*, primum per expeditos & mercenarios, quorum habebant utrimque quinque millia, certamen commiserunt. Qui, modo per partes, modo confertim omnes simul concurrentes, memorandum prælium cierunt; quum in oculis & regum & exercituum res gereretur. Itaque & vir cum viro, & ordo cum ordine, acri contentione dimicabant. *Cleomenes* vero, conspecta fratris fuga, prope jam inclinatas equitum etiam turmas videns, quæ in planis pugnabant; metuens, ne omni ex parte hostes in se ingruerent; munimenta castris suis objecta divellere, & ab uno illorum latere copias omnes recta fronte educere cogitur. Tubis deinde ab utraque parte concinentibus, revocati sunt levioris armaturæ milites e medio inter utramque aciem spatio; ac sublato clamore, præ-

Digitized by Google

Ol. CXXXIX. A.V. 531. Prælium inter reges commissum.

λοῦσαι τὰς σαρίσσας, συνέβαλλον αἱ φάλαγγες ἀλλήλαις. ἀγῶνες δὲ γενομένου κρατεροῦ, καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ πόδα ποιουμένων τὴν ἀναχώρησιν, καὶ πιεζομένων ἐπὶ πολὺ τῶν Μακεδόνων ὑπὸ τῆς τῶν Λακώνων εὐψυχίας, ποτὲ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἐξωθουμένων ὑπὸ τοῦ βάρους τῆς τῶν Μακεδόνων τάξεως· τέλος οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον συμφράξαντες τὰς σαρίσσας, καὶ χρησάμενοι τῷ τῆς ἐπαλλήλου φάλαγγος ἰδιώματι, βίᾳ προσπεσόντες, ἐξέωσαν ἐκ τῶν ὀχυρωμάτων τοὺς Λακεδαιμονίους. Τὸ μὲν οὖν ἄλλο πλῆθος ἔφευγε προτροπάδην, φονευόμενον· ὁ δὲ Κλεομένης, ἱππεῖς τινὰς ἔχων περὶ ἑαυτὸν, ἀνεχώρησε μετὰ τούτων ἀσφαλῶς εἰς τὴν Σπάρτην. ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτὸς, καταβὰς εἰς Γύθιον, ἡτοιμασμένων αὐτῷ τῶν πρὸς τὸν πλοῦν ἐκ πλείονος χρόνου πρὸς τὸ συμβαῖνον, ἀπῆρε μετὰ τῶν φίλων εἰς Ἀλεξάνδρειαν.

Funduntur Lacedæmonii.

Cleomenes Alexandriam fugit.

Ἀντί-

7. συνέβαλλον prætuli ex Aug. Reg. A. Vulgo συνέβαλον.

prætentis haſtis, concurrunt phalanges. Inſequitur atrox pugna. In qua quum modo *Macedones* virtuti Laconum longe viderentur impares, & jam pedem referrent; modo *Lacedæmonii*, Macedonicæ aciei vim ac robur non ſuſtinentes, cederent: tandem *Antigoni* phalanx denſatis haſtis, incredibili violentia, quæ geminatæ phalangis propria eſt, in hoſtem irruens Lacedæmonios ex ſuis munitionibus dejecit. Tum vero reliqua multitudo paſſim cæſa & in effuſam fugam verſa eſt: *Cleomenes* cum paucis equitibus Spartam incolumis ſe recepit. Vnde proxima nocte *Gythium* deſcendit, navibusque ibi conſcenſis, quas multo ante ad incerta caſuum paraverat, amicis comitantibus, *Alexandriam* eſt profectus.

70. *Anti-*

Digitized by Google

Ἀντίγονος δ', ἐγκρατὴς γενόμενος ἐξ ἐφόδου τῆς Σπάρτης, τά τε λοιπὰ μεγαλοψύχως καὶ φιλανθρώπως ἐχρήσατο τοῖς Λακεδαιμονίοις, τό τε πολίτευμα τὸ πάτριον αὐτοῖς καταστήσας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀνέζευξε μετὰ τῶν δυνάμεων ἐκ τῆς πόλεως προσαγγελθέντος αὐτῷ, τοὺς Ἰλλυριοὺς εἰσβεβληκότας εἰς Μακεδονίαν, πορθεῖν τὴν χώραν. Οὕτως ἀεί ποθ' ἡ τύχη τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων παρὰ λόγον εἴωθε κρίνειν. Καὶ γὰρ τότε Κλεομένης, εἰ τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον παρείλκυσε τελέως ὀλίγας ἡμέρας, εἶτ', ἀναχωρήσας ἀπὸ τῆς μάχης εἰς τὴν πόλιν, εἰς βραχὺ τῶν καιρῶν ἀντεποιήσατο, διακατέσχεν ἂν τὴν ἀρχήν. οὐ μήν, ἀλλ' ὅ γ' Ἀντίγονος, παραγενόμενος εἰς Τέγεαν, καὶ τούτοις ἀποδοὺς τὴν πάτριον πολιτείαν, δευτεραῖος ἐντεῦθεν εἰς Ἄργος, ἐπ' αὐτὴν ἦλθε τὴν τῶν Νεμέων πανήγυριν. ἐν ᾗ τυχὼν πάντων τῶν πρὸς ἀθάνατον δόξαν καὶ τιμὴν ἀνηνεγκεῖν

LXX. Ol. CXXXIX. A.V. 531. Antigonus Sparta potitur.

Mox domum redit.

Honoribus cumulatus a Græcis.

LXX. 3. ἂν τ', ἀναχωρ. *Vulgo* ἂν' ἀναχωρ. *& deinde cum vett. mss. omnibus* εἰ βραχὺ, *quod placeret, si præcederet* ἢ ἂν' ἀναχωρ.

70. *Antigonus* vero, repentina invasione *Sparta* potitus, cum in ceteris humanitate singulari & magnitudine animi usus erga Lacedæmonios, tum avita Reipublicæ forma illis restituta, paucis interjectis diebus, copias ex urbe reduxit; quum nuntiatum ei fuisset, Illyrios, in Macedoniam ingressos, agros ibi depopulari. Adeo semper maximas quasque hominum actiones inopinato fere fine terminare amat fortuna. Nam illo tempore, si *Cleomenes* prælium ad paucos dies distulisset; vel postea, cum e pugna in urbem se recepit, si paullulum modo occasionem exspectasset; regnum profecto retinuisset. Cetera *Antigonus* Tegeam venit, & Tegeatis quoque restituta patria reipublicæ forma, biduo post, *Argos*, sub ipsum tempus ludorum *Nemeensium*, pervenit. Vbi, cum communi Achæorum decreto, tum propriis singularum urbium suffragiis, omnia

Ol. CXXXIX. A.V. 531. ἀνηκόντων, ὑπό τε τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης τῶν πόλεων, ὥρμησε κατὰ σπουδὴν εἰς Μακεδονίαν. Καταλαβὼν δὲ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἔν τῇ χώρᾳ, καὶ συμβαλὼν ἐκ παρατάξεως, τῇ μὲν μάχῃ κατώρθωσε· τῇ δὲ παρακλήσει καὶ κραυγῇ, τῇ κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον, ἐκθύμως χρησάμενος, εἰς αἵματος ἀναγωγὴν καί τινα τοιαύτην διάθεσιν ἐμπεσών, μετ' οὐ πολὺ νόσῳ τὸν βίον μετήλλαξε· καλὰς ἐλπίδας ὑποδείξας ἐν αὐτῷ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, οὐ μόνον κατὰ τὴν ἐν τοῖς ὑπαίθροις χρείαν, ἔτι δὲ μᾶλλον κατὰ τὴν ὅλην αἵρεσιν καὶ καλοκἀγαθίαν. τὴν δὲ Μακεδόνων βασιλείαν ἀπέλιπε Φιλίππῳ, τῷ Δημητρίου.

Obit Antigonus Doson.

LXXI. Consilium auctoris. Τίνος δὲ χάριν ἐποιησάμεθα τὴν ἐπὶ πλεῖον ὑπὲρ τοῦ προκειμένου πολέμου μνήμην; Διότι, τῶν καιρῶν τούτων συναπτόντων τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἱστορεῖσθαι

6. τῇ κατ' αὐτὸν. *Abest alterum hoc* τῇ *ab Ang. Reg. A.*

omnia confecutus, quibus honos ac gloria immortalis deferri ſolet; magnis itineribus in Macedoniam eſt reverſus. Ibi cum *Illyriis*, etiamnum in Macedonia deprehenſis, collatis ſignis congreſſus, victoriam quidem reportavit: ſed quia in adhortando milite, & clamoribus inter dimicandum editis, vehementiore voce contenderat, ſanguinem rejicere cœpit: contractoque ea ex re languore quodam, non ita multo poſt, morbo eſt exſtinctus: vir, qui magnam ſui ſpem apud univerſos Græciæ populos concitaverat; non eo ſolum nomine, quod totius rei caſtrenſis magnum uſum habebat; ſed multo etiam magis propter morum probitatem, & præclara inſtituta quæ ſemper tenuerat. Macedoniæ regnum moriens reliquit *Philippo*, *Demetrii* filio.

71. Quorſum autem *Cleomenicum* iſtud *bellum* pluribus eſt a nobis expoſitum? Quia nimirum, quum hæc tempora iis connexa eſſent, quæ

θαι μέλλουσι, χρήσιμον ἐδόκει, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον Ol. CXXXIX.
εἶναι, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, τὸ ποιῆσαι A.V. 531.
πᾶσιν ἐναργῆ καὶ γνώριμον τὴν ὑπάρχουσαν περὶ
Μακεδόνας τότε καὶ τοὺς Ἕλληνας κατάστασιν.
3 Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς καὶ Πτολεμαίου νόσῳ Circa idem tempus
τὸν βίον μεταλλάξαντος, Πτολεμαῖος ὁ κληθεὶς Φι- obeunt plures reges.
4 λοπάτωρ διεδέξατο τὴν βασιλείαν. μετήλλαξε δὲ
καὶ Σέλευκος, ὁ Σελεύκου, τοῦ Καλλινίκου καὶ Πώ-
γωνος ἐπικληθέντος· Ἀντίοχος δὲ διεδέξατο τὴν ἐν
5 Συρίᾳ βασιλείαν, ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ. Παραπλήσιον γὰρ δή τι συνέβη τούτοις, τοῖς πρώτοις μετὰ
τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν κατασχοῦσι τὰς ἀρχὰς
ταύτας· λέγω δὲ, Σελεύκῳ, Πτολεμαίῳ, Λυσιμά-
6 χῳ. ἐκεῖνοί τε γὰρ πάντες περὶ τὴν εἰκοστὴν καὶ
τετάρτην πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα μετήλλαξαν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον· οὗτοί τε περὶ τὴν
7 ἐνάτην καὶ τριακοστήν. Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ τὴν ἐπί-

στασιν

LXXI. 4. *Vulgo ex Bav.* τοῦ Καλλινίκου, τοῦ καὶ Πώγωνος. 5. Πτολεμαίῳ καὶ Λυσιμάχῳ *edd. ex Bav.* 6. οὗτοί τε, οὗτοι δὲ *edd. ex Bav.*

quæ ſumus ex profeſſo uberius enarraturi, utile, imo vero neceſſarium duximus, ſi modo vellemus implere quod initio polliciti ſumus; ut, *qui tunc temporis eſſet ſtatus Macedonum & Græcorum*, oſtenderemus. Per idem vero tempus etiam morbo e vivis exceſſit *Ptolemæus*; qui ſucceſſorem regni habuit *Ptolemæum* cognomine *Philopatorem*. Obiitque etiam *Seleucus*, *Seleuci* illius filius, qui *Callinici* & *Pogonis* cognomen geſſerat; illique in Syriæ regnum *Antiochus*, frater ipſius, ſucceſſit. Simile quid enim in his factum eſt ei, quod primis illis evenerat, qui poſt fata Alexandri regna hæc occupaverant, *Seleucum* dico, *Ptolemæum* & *Lyſimachum*: qui ut ſupremum diem obierunt omnes circa Olympiadem CXXIV, quemadmodum ſupra dicebamus; ita hi circa Olympiadem CXXXIX. Iam nos vero, poſt-

Connexio Libri I. & II. cum seqq.

στασιν καὶ προκατασκευὴν τῆς ὅλης ἱστορίας διεληλύθαμεν, δι' ἧς ὑποδέδεικται, πότε, καὶ πῶς, καὶ δι' ἃς αἰτίας τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν κρατήσαντες Ῥωμαῖοι, πρῶτον ἐγχειρεῖν ἤρξαντο τοῖς ἔξω πράγμασι, καὶ πρῶτον ἐτόλμησαν ἀμφισβητεῖν Καρχηδονίοις τῆς θαλάττης· ἅμα δὲ τούτοις καὶ τὴν περὶ τοὺς Ἕλληνας καὶ Μακεδόνας, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ Καρχηδονίους, ὑπάρχουσαν τότε κατάστασιν δεδηλώκαμεν· καθῆκον ἂν εἴη, παραγεγονότας ἐπὶ τούτους τοὺς καιροὺς κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἐν οἷς ἔμελλον οἱ μὲν Ἕλληνες τὸν Συμμαχικὸν, Ῥωμαῖοι δὲ τὸν Ἀννιβιακὸν, οἱ δὲ κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλεῖς τὸν περὶ Κοίλης Συρίας ἐνίστασθαι πόλεμον, καὶ τὴν βίβλον ταύτην ἀφορίζειν ἀκολούθως τῇ τε τῶν προγεγονότων πραγμάτων περιγραφῇ, καὶ τῇ τῶν κεχειρικότων τὰ πρὸ τοῦ δυναστῶν καταστροφῇ.

10. ἀφορίζων scripsi cum Reg. C. pro ἀφορίζομεν, quod est in edd. & ceteris mss.

postquam *Introitum & Præparationem totius Historiæ nostræ* hactenus persecuti sumus; qua exposuimus, *quando, & quomodo, & quibus de caussis Romani, post Italiam universam devictam, primum extra Italiam arma promovere; & de maris imperio cum Carthaginiensibus certare sint ausi;* ad hæc, *quis fuerit tunc apud Græcos, apud Macedones, & apud Carthaginienses quoque, rerum status*, declaravimus: nunc, ubi ad hæc ipsa pervenimus tempora, quorum Historiam ex primo nostro instituto perscribendam suscepimus; quibus temporibus Græci *Bellum Sociale*, Romani *Punicum secundum*, reges Asiæ *Cœlesyriacum bellum* meditabantur; librum hunc in superiorum bellorum fine, & obitu principum qui illa administrarunt, commode terminaverimus.

ΠΟΛΥ-

Digitized by Google

ΠΟΛΥΒΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΗ.

Incipit uberior & propria Polybii Historia.

Ὅτι μὲν ἀρχὰς ὑποτιθέμεθα τῆς αὐτῶν πραγματείας, τόν τε Συμμαχικὸν, καὶ τὸν Ἀννιβιακὸν, πρὸς δὲ τούτοις τὸν περὶ Κοίλης Συρίας πόλεμον, ἐν τῇ πρώτῃ μὲν τῆς ὅλης συντάξεως, τρίτῃ δὲ ταύτης ἀνώτερον βίβλῳ δεδηλώκαμεν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς αἰτίας, δι' ἃς, ἀναδραμόντες τοῖς χρόνοις πρὸ τούτων τῶν καιρῶν, συνεταξάμεθα τὰς πρὸ ταύτης βίβλους, ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ διεσαφήσαμεν. 3 Νῦν δὲ πειρασόμεθα τοὺς προειρημένους πολέμους, καὶ τὰς αἰτίας ἐξ ὧν ἐγένοντο, καὶ δι' ἃς ἐπὶ τοσοῦτον ηὐξήθησαν, μετ' ἀποδείξεως ἐξαγγέλλειν, βραχέα

Cap. I. 1. ὑποτιθ. ὑπετιθ. edd. ex Bav.

POLYBII
MEGALOPOLITANI
HISTORIARVM LIBER III.

Principium Historiæ nostræ ponere nos *Sociale Bellum*, & *Hannibalicum*, [sive *Punicum secundum*] tum illud quod *de Cœle-Syria* est gestum, primo totius operis libro, qui tertius ab hoc est, declaravimus: causasque etiam ibidem aperuimus, cur repetitam altius superiorum temporum historiam duobus libris qui hunc præcedunt, simus persecuti. Nunc ad illa ipsa bella commemoranda, & causas simul demonstrandas propter quas & conflata ab initio fuere, & postea tam ingentia evasere, nos accingemus: si pauca prius *de instituto ope-*

Digitized by Google

Instituum auctoris.

χέα προεκθέντες ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πραγματείας. Ὄντος γὰρ ἑνὸς ἔργου καὶ θεάματος ἑνὸς τοῦ σύμπαντος, ὑπὲρ τούτου γράφειν ἐπικεχειρήκαμεν· τοῦ, πῶς καὶ πότε καὶ διὰ τί πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν ἐγένετο. τούτου δ' ἔχοντος καὶ τὴν ἀρχὴν γνώριζομένην, καὶ τὸν χρόνον ὡρισμένον, καὶ τὴν συντέλειαν ὁμολογουμένην· χρήσιμον ἡγούμεθ' εἶναι, καὶ τὸ περὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτῷ μερῶν, ὅσα μεταξὺ κεῖται τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ τέλους, κεφαλαιωδῶς ἐπιμνηθῆναι καὶ προεκθέσθαι. μάλιστα γὰρ οὕτως ὑπολαμβάνομεν τοῖς φιλομαθοῦσι παρασκευάσειν ἱκανὴν ἔννοιαν τῆς ὅλης ἐπιβολῆς. πολλαὶ μὲν γὰρ προλαμβανούσης τῆς ψυχῆς ἐκ τῶν ὅλων πρὸς τὴν κατὰ μέρος τῶν πραγμάτων γνῶσιν, πολλαὶ δ' ἐκ τῶν κατὰ μέρος πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιστήμην· ἀρίστην ἡγού-

4. σύμπαντος. συμβάντος Bav. Ang. Reg. A. Ibid. ὑπὲρ τούτου. ὑπὲρ ου edidit Caſaub. ex Reg. B.

re fuerimus *præfati*. Nam quum ſit una res, unumque ſpectaculum, quo continetur totum hoc, ut *omnes Orbis terratum cognitæ partes imperio Romano fuerint ſubjectæ;* id ipſum *quo modo, quo tempore, quibus cauſſis effectum ſit*, memoriæ prodere conſtituimus. Quumque ea res & notum habeat principium, & tempus definitum, & exitum manifeſtum de quo dubitare nemo queat; utile fore arbitramur, ſi *notabiliores* etiam *quasque partes rei univerſæ*, quæ inter initium atque exitum interjectæ ſunt, *ſummatim prius commemoraverimus* atque ob oculos lectorum poſuerimus. Ita enim facillime; opinor, conſequemur, ut ſtudioſus lector opus univerſum, quod ſuſcepimus, animo concipiat. Quoniam enim animus ex anticipata quadam rei univerſæ notitia multum juvatur ad rerum particularium cognitionem, & harum viciſſim notitia multum confert ad ſcientiam rei totius; ideo,

Digitized by Google

ἡγούμενοι τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἐπίστασιν καὶ θέαν, ἀνόλουθον τοῖς εἰρημένοις ποιησόμεθα τὴν προέκθεσιν 2 τῆς αὐτῶν πραγματείας. Τὴν μὲν οὖν καθόλου τῆς ὑποθέσεως ἔμφασιν καὶ τὴν περιγραφὴν, ἤδη δεδη- 9 λώκαμεν. τῶν δὲ κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ γεγονότων, ἀρχὰς μὲν εἶναι συμβαίνει τοὺς προειρημένους πολέμους· καταστροφὴν δὲ καὶ συντέλειαν, τὴν κατάλυσιν τῆς ἐν Μακεδονίᾳ βασιλείας· χρόνον δὲ, τὸν μεταξὺ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ τέλους, ἔτη πεντήκοντα 10 τρία· περιέχεσθαι δ' ἐν τούτῳ τηλικαύτας καὶ τοιαύτας πράξεις, ὅσας οὐδεὶς τῶν προγεγονότων καιρῶν 11 ἐν ἴσῳ περιέλαβε διαστήματι. περὶ ὧν, ἀπὸ τῆς ἑκατοστῆς καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος ἀρξάμενοι, τοιάνδε τινὰ ποιησόμεθα τὴν ἔφοδον τῆς ἐξηγήσεως.

Inſtitutum auctoris.

Ὑποδείξαντες γὰρ τὰς αἰτίας, δι' ἃς ὁ προδεδηλωμένος συνέστη Καρχηδονίοις καὶ Ῥωμαίοις πόλε- 2 μος, ὁ προσαγορευθεὶς Ἀννιβιακὸς· ἐροῦμεν, ὡς εἰς

II. Argumentum Partis II. & principalis Hiſtoriarum Polybii.

ideo, rationem conſiderandi contemplandique argumenti noſtri optimam eam eſſe judicantes, quæ ex utroque iſtorum generum juncta ſit; præmittemus, quemadmodum diximus, *brevem totius noſtræ Hiſtoriæ Conſpectum.* Ac univerſi quidem argumenti noſtri formam ambitumque jam declaravimus. Rerum vero particulatim geſtarum, quæ iſto ambitu continentur, principia fuerunt *Bella illa*, quorum paullo ante mentionem fecimus, exitus & conſummatio, *regni Macedonici everſio*; tempus medium inter principium & finem, *Anni tres & quinquaginta.* Quo ſpatio tales tantæque res continentur, quantas nulla ſuperior ætas pari temporis intervallo eſt complexa. De quibus, initio ducto ab Olympiade CXL, narrationem tali ordine inſtituemus.

2. Nimirum, poſtquam cauſſas demonſtraverimus belli inter Carthaginienſes & Romanos conflati, quod ab *Hannibale* appellationem eſt ſortitum; oſtendemus, quo-

Digitized by Google

Argumentum Partis II. Historiar. Polybii.

Ἰταλίαν ἐμβαλόντες Καρχηδόνιοι, καὶ καταλύσαντες τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν, εἰς μέγαν μὲν φόβον ἐκείνους ἤγαγον περὶ σφῶν καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους, μεγάλας δ' ἔσχον αὐτοὶ καὶ παραδόξους ἐλπίδας, ὡς καὶ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ἐξ ἐφόδου κρατήσοντες. Ἐξῆς δὲ τούτοις πειρασόμεθα διασαφεῖν, ὡς κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Φίλιππος μὲν ὁ Μακεδὼν, διαπολεμήσας Αἰτωλοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα συστησάμενος τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, ἐπεβάλετο κοινωνεῖν Καρχηδονίοις τῶν αὐτῶν ἐλπίδων· Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἠμφισβήτουν, τέλος δὲ ἐπολέμησαν, ὑπὲρ Κοίλης Συρίας πρὸς ἀλλήλους· Ῥόδιοι δὲ καὶ Προυσίας, ἀναλαβόντες πρὸς Βυζαντίους πόλεμον, ἠνάγκασαν αὐτοὺς ἀποστῆναι τοῦ παραγωγιάζειν τοὺς πλέοντας εἰς τὸν Πόντον. Στήσαντες δ' ἐπὶ τούτων τὴν διήγησιν, τὸν ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συστησόμεθα λόγον· ὦ

quomodo Pœni in Italiam ingressi, Romanorum everso dominatu, illos quidem in maximum periculum de sua salute ac patrio solo adduxerunt, ipsi vero in magnam & inopinatam spem venerunt Romam quoque ipsam primo impetu occupandi. Exponere dein conabimur, quomodo per idem tempus rex Macedoniæ *Philippus*, confecto bello quod cum *Aetolis* gesserat, ac rebus Græciæ deinde compositis, salutis & periculi societatem cum Carthaginiensibus contrahere instituerit. Tum, quemadmodum *Antiochus* & *Ptolemæus Philopator* de Syria Cava controversias primum inter se habuerint, ac tandem eadem ex caussa bellum invicem gesserint: *Rhodii* vero ac *Prusias*, bello contra *Byzantios* susceptо, coëgerint hos a portorio abstinere, quod soliti erant a navigantibus in Pontum exigere. Eo loci narrationem sistemus, & ad sermonem *de Republica Romana* nos conver-

Digitized by Google

ὧ κατὰ τὸ συνεχὲς ὑποδείξομεν, ὅτι μέγιστα συνεβάλετο αὐτοῖς ἡ τοῦ πολιτεύματος ἰδιότης, πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνακτήσασθαι τὴν Ἰταλιωτῶν καὶ Σικελιωτῶν δυναστείαν, ἔτι δὲ τὴν Ἰβήρων προσλαβεῖν καὶ Κελτῶν ἀρχήν, ἀλλὰ καὶ τὸ τελευταῖον πρὸς τὸ, κρατήσαντας τῷ πολέμῳ τῶν Καρχηδονίων, ἐνγνοιαν ἔχειν τῆς τῶν ὅλων ἐπιβολῆς. Ἅμα δὲ τούτοις, κατὰ παρέκβασιν, δηλώσομεν τὴν κατάλυσιν τῆς Ἱέρωνος τοῦ Συρακουσίου δυναστείας. οἷς ἐπισυνάψομεν τὰς περὶ τὴν Αἴγυπτον ταραχὰς, καὶ τίνα τρόπον, Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως μεταλλάξαντος τὸν βίον, συμφρονήσαντες Ἀντίοχος καὶ Φίλιππος ἐπὶ διαιρέσει τῆς τοῦ καταλελειμμένου παιδὸς ἀρχῆς, ἤρξαντο κακοπραγμονεῖν, καὶ τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν, Φίλιππος μὲν τοῖς κατ' Αἴγυπτον

Argumentum Partis II. Historiar. Polybii.

Bb 3 καὶ

II. 6. ᾧ *ex conjecl. posui pro* ὡς. *Sed* ὑποδείξομεν *dederunt vett. libri omnes, pro* ὑποδείξωμεν, *quod ex Reg. B. adsciverat Casaub.* Ibid. ἀλλὰ τὸ τελευταῖον καὶ πρὸς *Vat. Flor. Aug. Reg. A. Mox iidem omittunt* τῶν ad Καρχηδ. Ibid. ἔννοιαν σχεῖν *Bav.* 8. τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Σάμον. *Sic Bav. Aug. Reg. A. & Perett.* τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Καρίαν καὶ Σάμον *Vat. Flor. Urſin. & Reg. B. C.* τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Καρίαν *edidit Casaub. deletis ſua auctoritate verbis* καὶ Σάμον. *Mihi utique, vel ſimpliciter* τοῖς κατὰ Σάμον, *vel* τοῖς κατὰ Χῖον καὶ Σάμον, *videtur legendum.*

vertemus: cui proximum erit, ut oſtendamus, ſuam illis Reipublicæ formam maximum momentum attuliſſe, non ſolum ad *dominatum Italiæ Siciliæque* recuperandum, *Hiſpaniamque* præterea *& Galliam* ſuæ ditioni *ſubjiciendam;* ſed tandem etiam, poſt *devictos Pœnos*, ad cogitationem de quærendo totius terrarum orbis imperio ſuſcipiendam. Simul, quomodo *Hieronis Syracuſani* principatus fuerit everſus, brevi digreſſione exponemus. Poſt hæc de *Aegypti turbis* ſubjiciemus, quove modo poſt mortem *Ptolemæi*, ſocietate de dividendo relicti pupilli imperio inita, *Antiochus* & *Philippus* dolis primum cœperint agere, dein aperte Philippus Aegypto atque Samo, [*potius:* Philippus Chio atque Samo,] Antio-

Digitized by Google

καὶ Σάμον· Ἀντίοχος δὲ τοῖς κατὰ Κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην.

III. Argumentum Partis II. Historiar. Polybii.

Μετὰ δὲ ταῦτα συγκεφαλαιωσάμενοι τὰς ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ Λιβύῃ καὶ Σικελίᾳ πράξεις Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων, μεταβιβάσομεν τὴν διήγησιν ὁλοσχερῶς εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους, ἅμα ταῖς τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς. Ἐξηγησάμενοι δὲ τὰς Ἀτ[τ]άλου καὶ Ῥοδίων ναυμαχίας πρὸς Φίλιππον, ἔτι δὲ τὸν Ῥωμαίων καὶ Φιλίππου πόλεμον, ὡς ἐπράχθη, καὶ διὰ τίνων, καὶ τί τὸ τέλος ἔσχε· τούτῳ συνάπτοντες τὸ συνεχὲς, μνηθησόμεθα τῆς Αἰτωλῶν ὀργῆς, καθ' ἣν Ἀντίοχον ἐπισπασάμενοι, τὸν ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἀχαιοῖς καὶ Ῥωμαίοις ἐξέκαυσαν πόλεμον. οὗ δηλώσαντες τὰς αἰτίας, καὶ τὴν Ἀντιόχου διάβασιν εἰς τὴν Εὐρώπην, διασαφήσομεν πρῶτον μὲν, τίνα τρόπον ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγε· δεύτερον δὲ, πῶς ἡττηθεὶς, τῆς ἐπὶ ταύδε τοῦ Ταύ-

ρου

III. 3. *Verba τὸν ἀπὸ τῆς Ἀσίας vulgo cum praecedd. jungunter.*

Antiochus vero Cœle-Syriæ & Phœniciæ manus injecerint.

3. Postea, brevi compendio collectis rebus quas in Hispania, Africa, & Sicilia Romani ac Pœni gesserunt; narrationem totam *ad Græciæ populos*, simul cum rebus ipsis eo se convertentibus, transferemus. Enarratis autem *Attali ac Rhodiorum* dimicationibus maritimis *adversus Philippum*; nec non *bello Romanorum cum Philippo*, quemadmodum illud fuit gestum, quibus ducibus, quo exitu: quæ deinceps proxime sunt secuta subdemus, & *Aetolorum* iram commemorabimus, cui indulgentes *Antiochum* acciverunt, & *Bellum Asiaticum* Achæis Romanisque concitaverunt. Cujus belli causas ubi indicaverimus, & *Antiochi in Europam trajectionem*; fugam primo illius e Græcia peragemus; deinde, quo pacto *victus omni*

cis

Digitized by Google

σου πάσης ἐξεχώρησε· τὸ δὲ τρίτον, τίνα τρόπον Ῥωμαῖοι, καταλύσαντες τὴν Γαλατῶν ὕβριν, ἀδήριτον μὲν σφίσι παρεσκεύασαν τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχήν, ἀπέλυσαν δὲ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου κατοικοῦντας βαρβαρικῶν φόβων, καὶ τῆς Γαλατῶν παρανομίας. Μετὰ δὲ ταῦτα, θέντες ὑπὸ τὴν ὄψιν τὰς Αἰτωλῶν καὶ Κεφαλλήνων ἀτυχίας, ἐπιβαλοῦμεν τοὺς Εὐμένει συστάντας πρός τε Προυσίαν καὶ Γαλάτας πολέμους· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν μετ' Ἀριαραθου πρὸς Φαρνάκην. οἷς ἑξῆς ἐπιμνηθέντες τῆς Πελοποννησίων ὁμονοίας καὶ καταστάσεως, ἔτι δὲ τῆς αὐξήσεως τοῦ Ῥοδίων πολιτεύματος, συγκεφαλαιωσόμεθα τὴν ὅλην διήγησιν ἅμα καὶ τὰς πράξεις· ἐπὶ πᾶσιν ἐξηγησάμενοι τὴν Ἀντιόχου στρατείαν εἰς Αἴγυπτον τοῦ κληθέντος Ἐπιφανοῦς, καὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον, καὶ τὴν κατάλυσιν τῆς ἐν

Argumentum Partis II. Historiar. Polybii.

6. Κεφαλλήνων. Κεφαλήνων *Aug. Reg. A.* Ibid. Φαρνάκην. *Vulgo b. l.* Φάρναχα, *& Vat. ac Flor.* Φάρναπαν. 7. *Scripti libri omnes* τῆς περὶ Πελοποννησίων. *Unde vera scriptura videtur fuisse* περὶ τῆς Πελοπ.

eis Taurum Asia excesserit; tertio, qua ratione *Romani*, *Galatarum* castigata audacia, sibi quidem *Asiæ imperium* absque controversia paraverint, incolas vero citerioris Asiae terroribus liberarint atque injuriis, quas barbari Galatæ soliti erant eis inferre. Positis inde ob oculos calamitatibus Aetolorum & Cephallenum; *bella Eumenis cum Prusia & Gallogræcis* subjiciemus; eo etiam adjecto, quod cum *Ariarathe* adversus *Pharnacem* gesserunt. Mox, ubi mentionem fecerimus de *Peloponnesiorum concordia* & ordinatione, nec non de incrementis Reipublicæ *Rhodiorum*: universam narrationem nostram & res ante expositas in pauca verba contrahemus. Postremo denique loco *Antiochi Epiphanis* expeditionem in Aegyptum, tum *Bellum Persicum*, & *Macedonici regni*

Digitized by Google

Μακεδονίας βασιλείας. δι' ὧν ἅμα θεωρηθήσεται, πῶς ἕκαστα χειρίσαντες Ῥωμαῖοι, πᾶσαν ἐποιήσαντο τὴν οἰκουμένην ὑπήκοον αὐτοῖς.

IV. Argument. Appendicis Partis II. Historiar. Polybii.

Εἰ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν τῶν κατορθωμάτων, ἢ καὶ τῶν ἐλαττωμάτων, ἱκανὴν ἐνεδέχετο ποιήσασθαι τὴν διάληψιν ὑπὲρ τῶν ψεκτῶν ἢ τοὐναντίον ἐπαινετῶν ἀνδρῶν καὶ πολιτευμάτων· ἐνθάδε που λήγειν ἂν ἡμᾶς ἔδει, καὶ καταστρέφειν ἅμα τὴν διήγησιν καὶ τὴν πραγματείαν ἐπὶ τὰς τελευταίας ἠηθείσας πράξεις, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. ὅ τε γὰρ χρόνος ὁ πεντηκονταπενταετὴς εἰς ταῦτα ἔληγεν· ἥ τε αὔξησις καὶ προκοπὴ τῆς Ῥωμαίων δυναστείας ἐτετελείωτο. πρὸς δὲ τούτοις, ὁμολογούμενον ἐδόκει τοῦτ' εἶναι καὶ κατηναγκασμένον ἅπασιν, ὅτι λοιπόν ἐστι Ῥωμαίων ἀκούειν, καὶ τούτοις πειθαρχεῖν ὑπὲρ τῶν παραγγελλομένων. Ἐπεὶ δ' οὐκ αὐτοτελεῖς

IV. 1. ἡμᾶς ἔδει. *Veteres libri omnes* δεῖ, *non* ἔδει. *Forte* δέοι *debuerunt dare.*

gni everſionem exponemus. Quibus ex rebus ſimul palam erit, qua rerum adminiſtratione in ſingulis uſi Romani, orbem terrarum imperio ſuo ſubjecerint.

4. Iam vero, ſi ex ipſis per ſe eventibus rerum ſuſceptarum, ſive proſperis, ſive adverſis, iniri recta æſtimatio poſſet eorum quæ vel laudem vel vituperationem merentur, ſive in perſonis ſingulis, ſive in ipſis Rebuspublicis; deſinere, pro prima inſtituti noſtri ratione, Hiſtoriam noſtram & ſcribendi finem nos facere par erat in iis rebus, quas poſtremo attigimus. Nam tempus illud annorum LIII ibi deſinit, & Romani imperii incrementum atque amplificatio ad ſummum jam pervenerat. Ad hæc in confeſſo apud omnes erat, atque adeo confeſſionem hanc neceſſitas omnibus exprimebat, *parendum dehinc eſſe Romanis, & illorum juſſa capeſſenda.* Sed quoniam de victo-

ribus

Digitized by Google

λῆς εἰσιν, οὔτε περὶ τῶν κρατησάντων, οὔτε περὶ τῶν ἡλαττωμένων, αἱ ψιλῶς ἐξ αὐτῶν τῶν ἀγωνισμάτων διαλήψεις· διὰ τὸ πολλοῖς μὲν τὰ μέγιστα δοκοῦντα εἶναι τῶν κατορθωμάτων, ὅταν μὴ δέοντως αὐτοῖς χρήσωνται, τὰς μεγίστας ἐπενηνοχέναι συμφορὰς· οὐκ ὀλίγοις δὲ τὰς ἐκπληκτικωτάτας περιπετείας, ὅταν εὐγενῶς αὐτὰς ἀναδέξωνται, πολλάκις εἰς τὴν τοῦ συμφέροντος περιπεπτωκέναι μερίδα· προσθετέον ἂν εἴη ταῖς προειρημέναις πράξεσι, τήν τε τῶν κρατούντων αἵρεσιν, ποίας τις ἦν μετὰ ταῦτα, καὶ πῶς προεστάτει τῆς ὅλων· τάς τε τῶν ἄλλων ἀποδοχὰς καὶ διαλήψεις, πόσαι καὶ τίνες ὑπῆρχον περὶ τῶν ἡγουμένων· πρὸς δὲ τούτοις τὰς ὁρμὰς καὶ τοὺς ζήλους ἐξηγητέον, τίνες παρ' ἑκάστοις ἐπεκράτουν καὶ κατίσχυον, περί τε τοὺς ἴδιους βίους, καὶ τὰς κοινὰς πολιτείας. δῆλον γὰρ, ὡς ἐκ τούτων φανερὸν ἔσται τοῖς μὲν νῦν οὖσι, πότερα

Argum. Append. Partis II. Historiar. Polybii.

4. *Vitiosè libri omnes* οὔτε περὶ τῶν κρατησάντων ἡλαττωμάτων αἱ ψιλῶς. *Ex ingenio correxit & lacunam supplevit Casaubonus.*

ribus aut victis quid sit sentiendum, ex nudo certaminum eventu satis recte judicari non potest: quod multis res secundissimæ, quibus convenienter uti nesciverunt, evasere tandem perniciosissimæ; nec paucis res adversæ, quas generoso animo ferebant; maximas sæpe utilitates conciliavere: propterea ad res gestas, quas commemoravimus, adjicienda tractatio fuerit, *de Eorum, qui vicere, institutis, qualia post victoriam fuerint; & quomodo orbis imperium administraverint:* tum, *quo affectu animatæ fuerint gentes in hos, penes quos fuit imperium, quamve de eis opinionem conceptam habuerint:* denique dicendum, *quinam animorum impetus, quæve studia, apud singulos populos, tum in vitis privatorum, tum in publicis consiliis, obtinuerint præcipue viguerintque.* Certe enim perspicue ex his intelliget, & qui nunc

Argum. Append. Partis II. Historiar. Polybii.

πότερα φευκτὴν, ἢ τοὐναντίον αἱρετὴν εἶναι συμβαίνει τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν· τοῖς δ' ἐπιγενομένοις, πότερα ἐπαινετὴν καὶ ζηλωτὴν, ἢ ψεκτὴν γεγονέναι νομιστέον τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. Τὸ γὰρ ὠφέλιμον τῆς 8 ἡμετέρας ἱστορίας, πρός τε τὸ παρὸν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον, ἐν τούτῳ πλεῖστον κείσεται τῷ μέρει. οὐ γὰρ, δὴ τοῦτ' εἶναι τέλος ὑπολητέον ἐν πράγμασιν, οὔτε τοῖς ἡγουμένοις, οὔτε τοῖς ἀποφαινομένοις ὑπὲρ τούτων, τὸ νικῆσαι καὶ ποιήσασθαι πάντας ὑφ' ἑαυτούς. οὔτε γὰρ πολεμεῖ τοῖς πέλας οὐδεὶς νοῦν ἔχων, ἕνεκεν αὐτοῦ τοῦ καταγωνίσασθαι τοὺς ἀντιτασσομένους· οὔτε πλεῖ τὰ πελάγη, χάριν τοῦ περαιωθῆναι μόνον· καὶ μὴν οὐδὲ τὰς ἐμπειρίας καὶ τέχνας αὐτῆς ἕνεκα τῆς ἐπιστήμης ἀναλαμβάνει. πάντες 11 δὲ πράττουσι πάντα, χάριν τῶν ἐπιγιγνομένων τοῖς ἔργοις ἡδέων, ἢ καλῶν, ἢ συμφερόντων. Διὸ καὶ τῆς 12

πραγμα-

9. *Mendosè veteres libri* οὐ γὰρ δή που τινὸς τέλος. *Ex quo Casaub. cum Reg. B. fecit,* οὐ γὰρ δή που τοῦτ' εἶναι τέλος.

nunc sunt, *fugiendane sit ipsis, an contra probanda, Romanorum dominatio?* & posteri, *utrum laude atque admiratione dignum fuerit eorum imperium, an e contrario vituperatione?* Quippe, & in præsens, & in posterum, in hanc potissimum partem plurimum utilitatis adferre poterit nostra Historia. Nam neque qui rebus præsunt, neque qui horum facta exponunt, finem rerum agendarum in hoc uno per se positum esse arbitrari debent, ut vincant & alios sibi subjiciant. Nemo siquidem sapiens eo solo fine bellum suscipit, ut a certamine cum hoste superior discedat; neque navigantur maria, trajiciendi dumtaxat caussa: sed ne scientiarum quidem disciplinæ aut artes aliæ hoc uno fine addiscuntur, ut sciantur. Quin potius faciunt omnes omnia propter voluptatem aliquam, aut decus, aut utilitatem, quæ opera demum perfecta consequitur. Itaque etiam operis hujus ultima

Digitized by Google

πραγματείας ταύτης τοῦτ' ἔσται τελεσιούργημα, τὸ γνῶναι τὴν κατάστασιν πάσῃ ἑκάστοις, ποία τις ἦν μετὰ τὸ καταγωνισθῆναι τὰ ὅλα, καὶ πεσεῖν εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐξουσίαν, ἕως τῆς μετὰ ταῦτα
13 πάλιν ἐπιγενομένης ταραχῆς καὶ κινήσεως. ὑπὲρ ἧς, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐν αὐτῇ πράξεων καὶ τὸ παραδόξον τῶν συμβαινόντων, τὸ δὲ μέγιστον, διὰ τὸ τῶν πλείστων μὴ μόνον αὐτόπτης, ἀλλ' ὧν μὲν συνεργὸς, ὧν δὲ καὶ χειριστὴς γεγονέναι, προήχθην, οἷον ἀρχὴν ποησάμενος ἄλλην, γράφειν. Argumentum Partis III. Historiar. Polybii.

Ἦν δ' ἡ προειρημένη κίνησις, ἐν ᾗ Ῥωμαῖοι μὲν V.
πρὸς Κελτίβηρας καὶ Οὐακκαίους ἐξήνεγκαν πόλεμον· Καρχηδόνιοι δὲ τὸν πρὸς Μασσανάσσην βασι-
2 λέα τῶν Λιβύων· περὶ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἄτταλος μὲν καὶ Προυσίας πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμησαν· ὁ δὲ τῶν Καππαδοκῶν βασιλεὺς Ἀριαράθης, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Ὀροφέρνους διὰ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, αὖθις ἀνεκτήσατο δι' αὐτοῦ τὴν πατρῴαν ἀρχήν· ὁ δὲ

ma conſummatio erit, ut ex eo cognoſcatur, *quis fuerit ſingulorum populorum ſtatus, poſtquam omnes gentes debellatæ Romanorum in poteſtatem devenerunt:* donec rurſus *novæ turbæ ac motus* exſtitere. Quos motus ut & ipſos deinde, novo veluti ſcribendi initio ſumto, enarrare conſtituerim, cum magnitudo rerum quæ tunc acciderunt, & caſus mirabiles, me impulerunt; tum vero & illud inprimis, quod non ſolum ſpectator plerorumque omnium fueram, ſed etiam adjutor nonnullorum, quorumdam & curator & adminiſtrator.

5. Sunt autem prædicti motus, hi: quibus *Romani* bellum adverſus *Celtiberos* & *Vaccæos* ſuſceperunt: *Carthaginienſes* contra *Maſſaniſſam* regem in Africa; in Aſia *Attalus* & *Pruſias* inter ſe bellarunt: *Ariarathes*, rex Cappadocum, regno expulſus ab *Oroferne*, Demetrii regis opibus adjuto, per ſe regnum paternum recepit: *Seleu-*

Digitized by Google

Argum. Partis III. Hiſtoriar. Polybii.

ὁ δὲ Σελεύκου Δημήτριος κύριος γενόμενος ἔτη δώδε- 3
κα τῆς ἐν Συρίᾳ βασιλείας, ἅμα τοῦ βίου καὶ τῆς
ἀρχῆς ἐστερήθη, συστραφέντων ἐπ' αὐτὸν τῶν ἄλλων
βασιλέων. ἀποκατέστησαν δὲ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς 4
Ἕλληνας εἰς τὴν οἰκείαν, τοὺς ἐκ τοῦ Περσικοῦ πο-
λέμου κατατιθέντας, ἀπολύσαντες τῆς ἐπενεχ-
θείσης αὐτοῖς διαβολῆς. οἱ δ' αὐτοὶ μετ' οὐ πολὺς
Καρχηδονίοις ἐπέβαλον τὰς χεῖρας· τὸ μὲν πρῶτον
μεταναστῆσαι, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἄρδην αὐτοὺς
ἐξαναστῆσαι προθέμενοι, διὰ τὰς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐμ-
φησομένας αἰτίας. οἷς κατέλαλαι, Μακεδόνων μὲν 6
ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων φιλίας, Λακεδαιμονίων δὲ τῆς τῶν
Ἀχαιῶν συμπολιτείας ἀποστάντων, ἅμα τὴν ἀρ-
χὴν καὶ τὸ τέλος ἔσχε τὸ κοινὸν ἀτύχημα πάσης
τῆς Ἑλλάδος. Τὰ μὲν οὖν τῆς ἐπιβολῆς ἡμῶν τοι-7
αῦτα. προσδεῖ δὲ τῶν τῆς τύχης, ἵνα συνδραμὴ τὰ
τοῦ βίου πρὸς τὸ τὴν πρόθεσιν ἐπὶ τέλος ἀναγα-
γεῖν.

V. 7. τῶν τῆς τύχης. *Sic Caſaub. Libri omnes* τὰ τῆς τύχης. *Deberant fortaſſe* προσδεῖται δὲ τῆς τύχης.

Seleucus, Demetrii filius, funditus delerent; eas ob cauſſas, quas ſuo loco ſumus expoſituri. Quo ſimul tempore, quum Macedones a Romanorum amicitia, Lacedæmonii ab Achæorum ſocietate ac Republica deſciviſſent; *communis calamitas univerſæ Græciæ* principium ſimul ac finem eſt conſecuta. Atque hæc quidem ſunt quæ explicanda ſuſcipimus. Ceterum indulgentia fortunæ opus eſt, ut ad finem usque operis ſuſcepti vita nobis ſuppe-

Digitized by Google

Argum. Partis III. Historiar. Polybii.

3 γεῖν. πέπεισμαι μὲν γὰρ, κἂν τι συμβῇ περὶ ἡμᾶς ἀνθρώπινον, οὐκ ἀργήσειν τὴν ὑπόθεσιν, οὐδ' ἀπορήσειν ἀνδρῶν ἀξιοχρέων· διὰ δὲ τὸ κάλλος πολλοὶς καταγνωσθήσεσθαι, καὶ σπουδάσειν ἐπὶ τέλος ἀγειν 4 γεῖν αὐτήν. Ἐπεὶ δὲ τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν πράξεων ἐπὶ κεφαλαίου διεληλύθαμεν, βουλόμενοι καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τῆς ὅλης ἱστορίας τοὺς ἐντυγχάνοντας· ὥρα, μνημονεύοντας τῆς προθέσεως, ἐπαναγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως.

VI. Disputatur de caussis Belli Punici II. vel Hannibalici.

5 Ἔνιοι δὲ τῶν συγγεγραφότων τὰς κατ' Ἀννίβαν πράξεις, βουλόμενοι τὰς αἰτίας ὑποδεικνύναι ἡμῖν, δι' ἃς Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ὁ προειρημένος πόλεμος ἐνέστη, πρώτην μὲν ἀποφαίνουσι τὴν Ζακαίνθης πολιορκίαν ὑπὸ Καρχηδονίων· δευτέραν δὲ, τὴν διά-

3. μὲν γὰρ. *Abeſt* μὲν *a Flor. Aug. Reg. A. Niſi quid intercidit, ſatisque* μέν τοι *aut* δὲ *fuerit legendum.* Ibid. διὰ δὲ τὸ κάλλος. *Et hoc Caſaubono debetur.* διὰ τὸ καλῶς *Bav. Aug. Reg. A. B. C.* διὰ τὸ καὶ ἄλλους *Flor.* διὰ τὸ κάλλος *Vat. quod & cum ſuperioribus jungi poterat, & per particulam* καὶ *vel per verba* καὶ ἄλλους *cum ſeqq. connecti.*

ſuppeditet. Verumtamen, ſi quid humanitus nobis contigerit, equidem perſuaſum habeo, non neglectum iri hoc argumentum, nec defuturos illi viros idoneos: quin potius pulcritudine operis illectos multos hanc provinciam ſibi fore deſponſuros, operamque daturos, ut, quod fuerit inchoatum, ad finem perducant. Nunc, poſtquam res inter ceteras maxime inſignes, quo magis lector univerſam hiſtoriam & in totum & per partes animo conciperet, perſtrinximus: tempus eſt, ut propoſiti memores, ad principium rerum narrandarum orationem noſtram referamus.

6. Eorum, qui *res Hannibalis* memoriæ prodiderunt, nonnulli, quum exponere *cauſſas* vellent, *ex quibus ortum eſt inter Carthaginienſes ac Romanos bellum*, cujus ante meminimus; primam hanc aſſignant, *quod Saguntum Carthaginienſes obſederint:* alteram vero hanc, *quod*

Digitized by Google

Disputatur de caussis Belli Punici II.

διάβασιν αὐτῶν, παρὰ τὰς συνθήκας, τοῦ περασαγορευομένου παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις Ἴβηρος ποταμοῦ. Ἐγὼ δὲ ταύτας ἀρχὰς μὲν εἶναι τοῦ πολέμου φήσαιμ' ἄν· αἰτίας γε μὴν, οὐδαμῶς ἂν συγχωρήσαιμι. πολλῶν γὰρ δεῖ. εἰ μὴ καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν, αἰτίαν εἶναί τις φήσει τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου, καὶ τὸν Ἀντιόχου κατάπλουν εἰς Δημητριάδα τοῦ πρὸς Ῥωμαίους· ὧν οὔτ' εἰκὸς, οὔτ' ἀληθὲς ἐστιν οὐδέτερον. τίς γὰρ ἂν νομίσειε ταύτας αἰτίας ὑπάρχειν, ὧν πολλὰ μὲν Ἀλέξανδρος πρότερον, οὐκ ὀλίγα δὲ Φίλιππος ἔτι ζῶν, ἐπήρχησε καὶ παρεσκευάσατο πρὸς τὸν κατὰ τῶν Περσῶν πόλεμον; ὁμοίως δὲ πάλιν Αἰτωλοὶ πρὸ τῆς Ἀντιόχου παρουσίας, πρὸς τὸν κατὰ τῶν Ῥωμαίων; Ἀλλ' ἔστιν ἀνθρώπων τὰ τοιαῦτα, μὴ διειληφότων, ἀρχή τί διαφέρει καὶ πόσον διέστηκεν αἰτίας καὶ προφάσεως, καὶ διότι τὰ μέν ἐστι πρῶτα τῶν ἁπάντων,

Discrimen inter principium, causſam, & prætextum.

quod contra pacis leges amnem Iberum, quem incolæ vocant, *iidem transierint*. Ego vero *Initia* quidem belli ea fuiſſe, inficias non ierim: *Cauſſas* exſtitiſſe, nequaquam conceſſerim. Quin longe aliter res habet. Niſi quis putet, Alexandri tranſitum in Aſiam, belli contra Perſas cauſſam fuiſſe; & Antiochi adventum Demetriadem cum claſſe, cauſſam ejus belli quod cum Romanis ab eo geſtum eſt. Quorum neutrum verum eſt, ac ne probabile quidem. Nam quis eam fuiſſe cauſſam exiſtimet earum rerum, quas multas jam ante id tempus Alexander, nec paucas ipſe etiam Philippus, dum erat in vivis, effecerat, & ad bellum adverſus Perſas apparaverat? aut eorum, quæ ſimiliter ante Antiochi adventum Aetoli ad bellum paraverunt contra Romanos? Hoc vero dicere, hominum eſt, qui numquam cogitarunt, quid diſcriminis ſit, & quantum inter ſe diſtent *Principium*, *Cauſſa*, & *Prætextus:* quorum duo poſteriora præcedunt rem univerſam;

Digitized by Google

7 των, ἡ δ' ἀρχὴ τελευταῖον τῶν εἰρημένων. Ἐγὼ δὲ παντὸς ἀρχὰς μὲν εἶναι φημὶ, τὰς πρώτας ἐπιβολὰς καὶ πράξεις τῶν ἤδη κεκριμένων· αἰτίας δὲ, τὰς προκαθηγουμένας τῶν κρίσεων καὶ διαλήψεων· λέγω δ' ἐπινοίας καὶ διαθέσεις καὶ τοὺς περὶ ταῦτα 8 συλλογισμοὺς, καὶ δι' ὧν ἐπὶ τὸ κρῖναί τι καὶ προθέσθαι παραγιγνόμεθα. δῆλον δ', οἷον τὸ προειρημέ- 9 νον, ἐκ τῶν ἐπιφερομένων. Τίνες γὰρ ἀληθῶς ἦσαν αἰτίαι, καὶ πόθεν φῦναι συνέβη τὸν πρὸς τοὺς Πέρ- 10 σας πόλεμον, εὐμαρὲς καὶ τῷ τυχόντι συνιδεῖν. ἦν δὲ, πρώτη μὲν, ἡ τῶν μετὰ Ξενοφῶντος Ἑλλήνων ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἐπάνοδος· ἐν ᾗ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν διαπορευομένων αὐτῶν, πολεμίαν ὑπάρχου- 11 σαν, οὐδεὶς ἐτόλμα μένειν κατὰ πρόσωπον τῶν βαρβάρων. δευτέρα δὲ, τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως Ἀγησιλάου διάβασις εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν ᾗ ἐκεῖνος οὐδὲν ἀξιόχρεων οὐδ' ἀντίπαλον εὑρὼν ταῖς σφετέ-

Ostenditur exemplo belli Alexandri cum Persis.

ραις

versam; principium vero, postremum est eorum quæ diximus. Ego principia cujusque rei esse statuo, primos conatus, primasque effectiones eorum quæ fuerint decreta: *causſas* vero, quæ decreta animi & capta consilia antecedunt; nempe cogitationes, animorum affectiones, & ratiocinationes quæ de rebus agendis suscipiuntur, & per quas ad decernendum aliquid nobisque proponendum accedimus. Quod dico, clarius fiet ex his, quæ statim subjiciam. Nam quæ veræ *causſæ* fuerint, *unde ſit natum bellum contra Perſas*, quivis facile intelligat. Prima earum est, Græcorum, qui cum *Xenophonte* erant, reditus e superioris Asiæ satrapiis; cum quidem totam Asiam, hostium suorum sedem, pertranseuntibus ipsis, nemo repertus erat barbarorum, qui prodire contra, & se eis opponere auderet. Altera causſa est, *Ageſilai* Lacedæmoniorum regis transitus in Asiam; qui neminem ibi, cui satis animi aut virium

esset

ραις ἐπιβολαῖς, ἄπρακτος ἠναγκάσθη μεταξὺ διὰ τὰς περὶ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς ἐπανελθεῖν. ἐξ ὧν Φίλιππος καταγνοὺς καὶ συλλογισάμενος τὴν Περσῶν ἀνανδρίαν καὶ ῥαθυμίαν· καὶ τὴν αὐτοῦ καὶ Μακεδόνων εὐεξίαν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ἔτι δὲ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος τῶν ἐσομένων ἄθλων ἐκ τοῦ πολέμου πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενος· ἅμα τῷ περιποιήσασθαι τὴν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εὔνοιαν ὁμολογουμένην, εὐθέως προφάσει χρώμενος, ὅτι σπεύδει μετελθεῖν τὴν Περσῶν παρανομίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας, ὁρμὴν ἔσχε καὶ προέθετο πολεμεῖν, καὶ πάντα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἡτοίμαζε. διόπερ αἰτίας μὲν τὰς πρώτας ῥηθείσας ἡγητέον τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου, πρόφασιν δὲ τὴν δευτέραν· ἀρχὴν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν.

Causſa, prætextus, & principium belli Alexandri cum Perſis.

Καὶ

VI. 11. μεταξὺ διὰ τὰς libri omnes. διὰ τὰς μεταξὺ Caſaub. ex ingenio.

eſſet ad prohibenda ſua incepta, invenerat; ſed in medio conatu, propter tumultus in Græcia exortos, re infecta coactus erat redire. Quibus ex rebus quum de ignavia & ſocordia Perſarum conjecturam feciſſet Philippus; ſuam & Macedonum peritiam rei militaris non ignorans; & præmiorum magnitudinem ac decus ob oculos ſibi ponens, quæ eo bello conſecuturus eſſet; ſimul ac Græcorum omnium conſentientem benevolentiam ſibi conciliaverat, confeſtim eo prætextu utens, quaſi Græcorum injurias a Perſis acceptas omni ſtudio ultum iret, impetum cepit conſiliumque iniit belli gerendi, omniaque ad tantum inceptum neceſſaria apparare cœpit. Quamobrem *belli contra Perſas cauſſæ* quidem cenſeri debent, quas primo loco poſuimus; *prætextus* vero, quem ſecundo; *principium* autem, Alexandri trajectio in Aſiam.

7. Sic

VII. Et belli Romanorum cum Antiocho.

Καὶ μὴν τοῦ κατ' Ἀντίοχον καὶ Ῥωμαίους, δῆλον, ἕως αἰτίαν μὲν τὴν Αἰτωλῶν ὀργὴν θετέον. ἐκεῖνοι γὰρ δόξαντες ὑπὸ Ῥωμαίων ὀλιγωρεῖσθαι κατὰ πολλὰ περὶ τὴν ἔκβασιν τὴν ἐκ τοῦ Φιλίππου πολέμου, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, οὐ μόνον Ἀντίοχον ἐπεσπάσαντο, πᾶν δὲ καὶ πρᾶξαι καὶ παθεῖν ὑπέστησαν διὰ τὴν ἐπιγενομένην ὀργὴν ἐκ τῶν προειρημένων καιρῶν. πρόφασιν δ' ἡγητέον, τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν· ἣν ἐκεῖνοι, περιπορευόμενοι μετ' Ἀντιόχου τὰς πόλεις, ἀλόγως καὶ ψευδῶς κατήγγελλον· ἀρχὴν δὲ τοῦ πολέμου, τὸν Ἀντιόχου κατάπλουν εἰς Δημητριάδα. Ἐγὼ δὲ τὴν ἐπὶ πλεῖον διαστολὴν πεποίημαι περὶ τούτων, οὐχ ἕνεκα τῆς τῶν συγγραφέων ἐπιτιμήσεως, χάριν δὲ τῆς τῶν φιλομαθούντων ἐπανορθώσεως. τί γὰρ ὄφελος ἰατροῦ κάμνουσιν ἀγνοοῦντος τὰς αἰτίας τῶν περὶ τὰ σώματα διαθέσεων; τί δ' ἀνδρὸς πραγματικοῦ, μὴ δυναμένου

Notandum discrimen causſæ, prætextus & principii.

7. Sic etiam ejus *belli*, quod *inter Antiochum & Romanos* fuit, palam eſt, *cauſſam* debere ſtatui, indignationem Aetolorum. Nam hi, quum circa exitum belli Philippici multis modis ſperni a Romanis ſibi viderentur, non ſolum Antiochum acciverunt, ut ante dicebamus, ſed etiam ob iram ex illo tempore conceptam quidvis facere ac pati ſuſtinuerunt. At *prætextus* exiſtimandus eſt, liberatio Græcorum; ad quam Aetoli, ſingulas urbes cum Antiocho obeuntes, abſurde & falſo omnes vocabant. *Principium* vero fuit, Antiochi ad Demetriadem cum claſſe appulſus. Ego vero propterea diſtinctionem inter hæc tria ideo pluribus expoſui; non ut rerum ſcriptores reprehenderem; verum ut, errore agnito, ſtudioſi lectores proficerent. Nam quorſum ægroto medicus qui cauſſas ignoret affectionum humani corporis? Quæve viri utilitas, qui ad tractandam Remp. accedit,

νου συλλογίζεσθαι, πῶς καὶ διὰ τί καὶ πόθεν ἕκαστα τῶν πραγμάτων τὰς ἀφορμὰς εἴληφεν; οὔτε γὰρ ἐκεῖνον εἰκὸς οὐδέποτε δεόντως στήσασθαι τὰς τῶν σωμάτων θεραπείας· οὔτε τὸν πραγματικὸν οὐδὲν οἷόν τε κατὰ τρόπον χειρίσαι τῶν προσπιπτόντων, ἄνευ τῆς τῶν προειρημένων ἐπιγνώσεως. Διόπερ οὐδὲν οὕτω φυλακτέον καὶ ζητητέον, ὡς τὰς αἰτίας ἑκάστου τῶν συμβαινόντων. ἐπειδὴ φύεται μὲν ἐκ τῶν τυχόντων πολλάκις τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων, ἰᾶσθαι δὲ ῥᾴστόν ἐστι παντὸς τὰς πρώτας ἐπιβολὰς καὶ διαλήψεις.

VIII. Fabii sententia de causis belli Pun. II.

Φάβιος δὲ φησιν, ὁ Ῥωμαϊκὸς συγγραφεύς, ἅμα τῷ κατὰ Ζακανθαίους ἀδικήματι, καὶ τὴν Ἀσδρούβου πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν, αἰτίαν γίγνεσθαι τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου. ἐκεῖνον γάρ, μεγάλην ἀνειληφότα τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς κατ' Ἰβηρίαν τόποις, μετὰ ταῦτα παραγενόμενον ἐπὶ Λιβύην, ἐπιβαλέσθαι,

VIII. 1. Ἀσδρούβου. Ἀσδρούβα *Ang. Reg. A.*

nec tamen dignoscere valet, quomodo, quare, & unde singula, quæ eveniunt, causam cur fierent sint nacta? Sane, neque ille curandi corpora rectam viam umquam insistet: neque hic ullum negotium, si ea ignoret quæ diximus, recta ratione poterit administrare. Idcirco, nihil tam sollicite observandum, neque inquirendum, quam omnium eventuum causæ. Sæpe enim res maximæ a parvis principiis oriuntur: in omni autem re facillimum est, primis statim conatibus consiliisque medicinam opponere.

8. FABIVS vero, Historiarum scriptor Romanus, *causam belli Hannibalici præbuisse*, ait, *præter injuriam Saguntinis illatam, Asdrubalis etiam avaritiam & dominandi cupiditatem. Illum enim, postquam magnum in Hispania potentatum sibi peperisset, in Africam deinde rediisse, & antiquare*

Digitized by Google

Fabius de cauſſis belli Pun. II.

pias in terram exponere cœpit: qui licet Hannibalem Pyrenæos jam ſuperare acceperat, longe tamen adhuc abeſſe illum exiſtimabat, cum propter locorum difficultates, tum quia multæ in medio ſitæ Gallorum gentes. *Hannibal* vero, Gallorum aliis pretio pacatis, aliis vi ſubactis, cum omnibus copiis, ad dextram Sardoum mare habens, ad Rhodani tranſitum pervenit. *Publius*, allato nuntio hoſtes adventare; partim quia non crederet, ob celeritatem ejus adventus; partim, quo rem certius exploraret; dum ipſe milites a jactatione maritima reficiebat, & cum tribunis deliberabat, quæ loca inſiſtenda, & ubi eſſet adverſariis occurrendum, trecentos interim eximiæ virtutis equites mittit, ducibus viæ pariter & auxiliaribus adjectis Gallis, qui apud Maſſilienſes ſtipendia merebant.

42. *Han-*

Digitized by Google

Ἀννίβας δὲ, προσμίξας τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν τόποις, εὐθέως ἐνεχείρει ποιεῖσθαι τὴν διάβασιν κατὰ τὴν ἁπλῆν φύσιν, σχεδὸν ἡμερῶν τεττάρων ὁδὸν ἀπέχων στρατοπέδῳ τῆς θαλάττης. καὶ φιλοποιησάμενος παντὶ τρόπῳ τοὺς κατοικοῦντας τὸν ποταμὸν, ἐξηγόρασε παρ' αὐτῶν τά τε μονόξυλα πλοῖα πάντα, καὶ τοὺς λέμβους, ὄντας ἱκανοὺς τῷ πλήθει, διὰ τὸ ταῖς ἐκ τῆς θαλάττης ἐμπορίαις πολλοὺς χρῆσθαι τῶν παροικούντων τὸν Ῥοδανόν. ἔτι δὲ τὴν ἁρμόζουσαν ξυλείαν ἐξέλαβε πρὸς τὴν κατασκευὴν τῶν μονοξύλων· ἐξ ὧν ἐν δυσὶν ἡμέραις πλῆθος ἀναρίθμητον ἐγένετο πορθμείων· ἑκάστου σπεύδοντος μὴ προσδεῖσθαι τοῦ πέλας, ἐν αὐτῷ δ' ἔχειν τὰς τῆς διαβάσεως ἐλπίδας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν τῷ πέραν πλῆθος ἠθροίσθη βαρβάρων, χάριν τοῦ κωλύειν τὴν τῶν Καρχηδονίων διάβασιν. εἰς οὓς ἀποβλέπων Ἀννίβας καὶ συλλογιζόμενος ἐκ τῶν παρόντων, ὡς

A.V. 536. XLII. Trajicere flumen parat.

XLII. 2. κατοικοῦντας. παροικοῦντας *Vat.* Ibid. ἐμποριαις. ἐμποριαις *edd. ex Bav.*

42. *Hannibal*, simul acceſſit ad fluvium, ad trajiciendum continuo ſe comparavit, ubi ſimplex erat alveus fluvii, ex intervallo quatuor fere dierum itineris a mari caſtra metatus. Omni itaque ratione accolis fluvii ſibi conciliatis, lintres univerſas ipſorum e ſingulis arboribus cavatas, & lembos, quorum ſatis magnum numerum habebant, quia plerique Rhodani accolæ negotiationem maritimam exercent, redimit. Materiam præterea aptam ad excavandas lintres ab iis accepit: ex qua bidui ſpatio pontonum innumerabilis multitudo eſt fabricata; militum unoquoque ſummo ſtudio enitente, ne alterius ope indigeret, ſed trajiciendi ſpes in ſe ipſo repoſitas haberet. Inter hæc magna barbarorum multitudo, ad Carthaginienſium trajectionem impediendam, in oppoſita ripa convenit. Quos ut conſpexit *Hannibal*, judicans

Digitized by Google

A.V. 536. ὡς οὔτε διαβαίνειν μετὰ βίας δυνατὸν εἴη, τοσούτων πολεμίων ἐφεστώτων, οὔτ' ἐπιμένειν, μὴ παντα-
Alia parte præmittitur Hanno, Bomilcaris fil. χόθεν προσδέχηται τοὺς ὑπεναντίους· ἐπιγενομένης τῆς τρίτης νυκτὸς, ἐξαποστέλλει μέρος τι τῆς δυνάμεως, συστήσας καθηγεμόνας ἐγχωρίους, ἐπὶ δὲ πάντων Ἄννωνα τὸν Βοαμίλκου τοῦ βασιλέως. Οἱ ποιησά-
μενοι τὴν πορείαν ἀντίοι τῷ ῥεύματι παρὰ τὸν ποταμὸν ἐπὶ διακόσια στάδια, παραγενόμενοι πρός τινα τόπον, ἐν ᾧ συνέβαινε περί τι χωρίον νησίζον περισχίζεσθαι τὸν ποταμὸν, ἐνταῦθα κατέμειναν. ἐκ δὲ τῆς παρακειμένης ὕλης τὰ μὲν συμπηγνύντες τῶν ξύλων, τὰ δὲ συνδεσμεύοντες, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὰς ἥρμοσαν σχεδίας, ἀρκούσας τῇ χρείᾳ πρὸς τὸ παρὸν· ἐφ' αἷς διεκομίσθησαν ἀσφαλῶς, μηδενὸς κωλύοντος. καταλαβόμενοι δὲ τόπον ὀχυρὸν, ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν διέμειναν, ἀναπαύοντες σφᾶς ἐκ τῆς προγεγενημένης κακοπαθείας, ἅμα δὲ παρασκευα-
ζόμενοι

8. μηδενὸς, οὐδενὸς *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* 9. τόπον ὀχυρὸν *Vat. Flor.* Ibid. διέμειναν, ἔμειναν *Vat. Flor. Aug. Reg. A.*

cans ex re præsenti, neque vi transire se posse, quum tantus hostium numerus immineret; neque commorari eo loci posse diutius, ne undique ab hostibus invaderetur: tertia post adventum suum nocte partem exercitus, datis Gallis indigenis qui viam præirent, & præposito universæ manui *Hannone, Bomilcaris* regis filio, proficisci jubet. Hi adverso flumine euntes propter ipsum amnem, XXV millia fere passuum progressi, ad locum quemdam accedunt, ubi divisus fluvius parvam insulam efficit, ibique commorantur. Cæsam deinde in proxima sylva materiam partim compingentes, partim invicem colligantes, multas brevi tempore rates concinnarunt, ad præsentem usum satis idoneas; quibus vecti, nemine obsistente, Rhodanum tuto transmiserunt. Locum autem nacti munitum, diem illum ibi agunt, ut ex præcedentibus laboribus brevi quiete reficerentur, si-
mulque

Digitized by Google

ζόμενοι πρὸς τὴν ἐποιοῦσαν χρείαν κατὰ τὸ συντε- A.V. 536.
ταγμένον. Καὶ μὴν Ἀννίβας τὸ παραπλήσιον ἐποίει
περὶ τὰς μεθ' ἑαυτοῦ καταλειφθείσας δυνάμεις.
μάλιστα δ' αὐτῷ παρεῖχε δυσχρηστίαν ἡ τῶν ἐλε-
φάντων διάβασις. οὗτοι δ' ἦσαν ἑπτὰ καὶ τριάκον-
τα τὸν ἀριθμόν.

Οὐ μήν, ἀλλ' ἐπιγενομένης τῆς πέμπτης νυκτὸς, XLIII. Rhodanum trajicit Hannibal.
οἱ μὲν προδιαβάντες ἐκ τοῦ πέραν ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν
προῆγον παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐπὶ τοὺς ἀντίπε-
ρα βαρβάρους. Ὁ δ' Ἀννίβας, ἑτοίμους ἔχων τοὺς
στρατιώτας, ἐπεῖχε τῇ διαβάσει, τοὺς μὲν λέμβους
πεπληρωκὼς τῶν πελτοφόρων ἱππέων, τὰ δὲ μονό-
ξυλα τῶν εὐκινητοτάτων πεζῶν. εἶχον δὲ τὴν μὲν ἐξ
ὑπερδεξίου καὶ παρὰ τὸ ῥεῦμα τάξιν, οἱ λέμβοι·
τὴν δ' ὑπὸ τούτους, τὰ λεπτὰ τῶν πορθμείων· ἵνα,
τὸ πολὺ τῆς τοῦ ῥεύματος βίας ἀποδεχομένων τῶν
λέμβων, ἀσφαλεστέρα γίγνοιτο τοῖς μονοξύλοις ἡ
παρα-

XLIII. 2. εὐκινητοτάτων. *Sic Casaub. ex Reg. B. Ante enim mendose* εὐκινητάτων *edd. cum Bav. Aug. Reg. A. Sed* εὐκινήτων *Flor.* 3. ἀποδεχομ. ὑποδεχομένων *edd. quod superscr. in Bav.*

mulque ad instans negotium, prout ipsis mandatum erat, exsequendum sese præpararent. Similiter vero & *Hannibal* eas copias, quæ cum ipso remanserant, ad id quod futurum erat, præparabat. Nulla vero re æque impeditus erat, ac circa trajectionem elephantorum, quos habebat numero septem & triginta.

43. Vt quinta nox venit, copiæ quæ in ulteriorem trajecerant ripam, circa quartam vigiliam secundum ipsum amnem in oppositos Hannibali barbaros ire pergunt. *Hannibal*, milites paratos habens, quum lembos cetratis equitibus complesset, lintres expeditissimis quibusque peditum, ad trajiciendum amnem se accingit. In superiore parte ad ipsum amnis cursum lembi sunt collocati; pone hos sequebantur leves pontones sive lintres: ut, majore ex parte excipientibus lembis adversi impetum fluminis, major lintribus præberetur ad trajicien-

Digitized by Google

A.V. 536. Rhodanum trajicit Hannibal.

παρακομιδὴ διὰ τοῦ πόρου. κατὰ δὲ τὰς πρύμνας τῶν λέμβων ἐφέλκειν διενοοῦντο τοὺς ἵππους νέοντας, τρεῖς ἅμα καὶ τέτταρας τοῖς ἀγωγεῦσιν ἑνὸς ἀνδρὸς ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῆς πρύμνης οἰακίζοντος· ὥστε πλῆθος ἱκανὸν ἵππων συνδιακομίζεσθαι κατὰ τὴν πρώτην εὐθέως διάβασιν. Οἱ δὲ βάρβαροι, θεωροῦντες τὴν ἐπιβολὴν τῶν ὑπεναντίων, ἀτάκτως ἐκ τοῦ χάρακος ἐξεχέοντο καὶ σποράδην, πεπεισμένοι κωλύειν εὐχερῶς τὴν ἀπόβασιν τῶν Καρχηδονίων. Ἀννίβας δ', ἅμα τῷ συνιδεῖν ἐν τῷ πέραν ἐγγίζοντας ἤδη τοὺς παρ' αὐτοῦ στρατιώτας, σημηνάντων ἐκείνων τὴν παρουσίαν τῷ καπνῷ κατὰ τὸ συντεταγμένον, ἐμβαίνειν ἅπασιν ἅμα παρήγγελλε, καὶ βιάζεσθαι πρὸς τὸ ῥεῦμα τοῖς ἐπὶ τῶν πορθμείων τεταγμένοις. ταχὺ δὲ τούτου γενομένου, καὶ τῶν ἐν τοῖς πλοίοις ἀμιλλωμένων μὲν πρὸς ἀλλήλους μετὰ κραυγῆς, διαγωνιζομένων δὲ πρὸς τὴν τοῦ ποταμοῦ βίαν· τῶν δὲ στρατοπέδων ἀμφοτέρων ἐξ ἑκατέρους τοῦ

6. παρήγγειλε. παρήγγελλε Aug. Reg. A.

jiciendum ſecuritas. Excogitatum & illud eſt, ut equos nantes e puppibus lemborum traherent: qua ratione quum ex utroque latere cujusque puppis ternos vel quaternos unus homo ductaret, primo ſtatim commeatu ingens equorum numerus eſt transmiſſus. Barbari, ut conata adverſariorum ſunt conſpicati, confuſe & ſparſim extra vallum ruere; facile ſe impedituros rati, quo minus Pœni trajicerent. *Hannibal* ſimulac ex adverſo appropinquantes jam ſuos intellexit, quum adventum ſuum hi, ſicut fuerat eis præceptum, fumo ſignificaſſent; mandat protinus, ut inſcendant omnes, & contra adverſum flumen nitantur navigiorum rectores. Quod quum cito eſſet factum; his, qui in navibus erant, mutuis ſe hortatibus cum clamore provocantibus, & vim fluminis perrumpere contendentibus; ambobus vero exercitibus ad

τοῦ μέρους παρὰ τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ· παρε- A.V. 536.
στώτων, καὶ τῶν μὲν ἰδίων συναγωνιώντων καὶ πα- Rhoda-
ρακαλούντων μετὰ κραυγῆς, τῶν δὲ κατὰ πρόσω- num tra-
πον Βαρβάρων παιανιζόντων, καὶ προκαλουμένων jicit Han-
τὸν κίνδυνον· ἦν τὸ γιγνόμενον ἐκπληκτικὸν καὶ πα- nibal.
ραστατικὸν ἀγωνίας. Ἐν ᾧ καιρῷ, τῶν Βαρβάρων
ἀπολελειπότων τὰς σκηνὰς, ἐπιπεσόντες ἄφνω καὶ
παραδόξως οἱ πέραν Καρχηδόνιοι, τινὲς μὲν αὐτῶν
ἐνεπίμπρασαν τὴν στρατοπεδείαν, οἱ δὲ πλείους ὥρ-
ιομησαν ἐπὶ τοὺς τὴν διάβασιν τηροῦντας. οἱ δὲ Βάρ-
βαροι, παραλόγου τοῦ πράγματος φανέντος αὐτοῖς,
οἱ μὲν ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἐφέροντο βοηθήσοντες, οἱ δ'
ἠμύνοντο καὶ διεμάχοντο πρὸς τοὺς ἐπιτιθεμένους.
11 Ἀννίβας δὲ, κατὰ τὴν πρόθεσιν αὐτῷ συντρεχόν-
των τῶν πραγμάτων, εὐθέως τοὺς πρώτους ἀπο-
βαίνοντας συνίστα, καὶ παρεκάλει, καὶ συνεπλέκε-
ιατο τοῖς Βαρβάροις. οἱ δὲ Κελτοὶ, καὶ διὰ τὴν ἀτα-
ξίαν

8. συναγωνιώντων. συναγωνιζόντων *Bav. & Aug.* Ibid. παρακαλούντων. παρακολουθούντων *Vat. Flor. Aug. Reg. A.*

ad latus utrumque fluvii adſiſtentibus; quum & Pœni partim ſuis timerent, partim cum clamore eòsdem adhortarentur; & barbari, qui ex adverſo ſtabant, ululatus tollerent, prœliumque depoſcerent; terribilis facies rerum erat, & quæ ſpectantium animos magna anxietate afficeret. Eo tempore, quum a tentoriis ſuis *Galli* omnes diſceſſiſſent, ſubito atque inopinato irruunt Carthaginienſes, qui in ulteriorem ripam ante pervenerant: quorum alii caſtra incendere, plures in eos qui tranſitum cuſtodiebant impetum facere. Barbari, inopinato caſu deprehenſi, pars ad tabernacula defendenda accurrere, pars urgenti hoſti reſiſtere, & pugnam cum eo committere. *Hannibal*, rebus ex animi ſententia ſuccedentibus, ut quisque ſuorum in terram evaſerat, in aciem omnes dirigebat; & ſtatim, ſuos adhortatus, manum cum barbaris conſerebat. *Galli*, & quia inordinati prœliabantur,

A.V. 536. ξίαν καὶ διὰ τὸ παράδοξον τοῦ συμβαίνοντος ταχέως τραπέντες, ὥρμησαν πρὸς φυγήν.

XLIV. Ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Καρχηδονίων ἅμα τῆς τε διαβάσεως καὶ τῶν ὑπεναντίων κεκρατηκὼς, παραυτίκα μὲν ἐγίγνετο πρὸς τῇ παρακομιδῇ τῶν πέραν ἀπολειπομένων ἀνδρῶν. πάσας δ' ἐν βραχεῖ χρόνῳ διαπεραιώσας τὰς δυνάμεις, ἐκείνην μὲν τὴν νύκτα παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν κατεστρατοπέδευσε. Τῇ δ' ἐπαύριον, ἀκούων τὸν τῶν Ῥωμαίων στόλον περὶ τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ καθωρμίσθαι, προχειρισάμενος πεντακοσίους τῶν Νομαδικῶν ἱππέων ἐξαπέστειλε, κατασκεψομένους, ποῦ καὶ πόσοι τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ τί πράττουσιν οἱ πολέμιοι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἐλεφάντων διάβασιν προεχειρίσατο τοὺς ἐπιτηδείους. Αὐτὸς δὲ συναγαγὼν τὰς δυνάμεις, εἰσήγαγε τοὺς βασιλίσκους τοὺς περὶ Μάγιλον· οὗτοι γὰρ ἦκον πρὸς αὐτὸν ἐκ τῶν περὶ τὸν Πάδον πεδίων· καὶ δι' ἑρμηνέως τὰ δεδογμένα παρ' αὐτῶν διεσάφει τοῖς ὄχλοις.

Numidæ equites exploratum missi.

Magilus, regulus ex Gallia Circumpadana.

tus, & quia novitate rei perculsi erant, terga vertere protinus coacti, in pedes se conjiciunt.

44. Pœnus, uno tempore transitu & victoria potitus, extemplo eos, qui in altera ripa erant relicti, curat trajiciendos: ac mox omnibus transmissis copiis, nocte illa, *ad Rhodanum* ipsum castra locat. Die sequenti ut accepit *Hannibal*, Romanam classem ad fluminis ostia appulisse; selectos Numidas equites quingentos misit speculatum, ubi & quantæ copiæ essent, & quid pararent hostes. Simul trajiciendi elephantos provinciam idoneis hominibus mandat. Ipse interim, advocata concione, regulum *Magilum* & qui cum eo erant producit, qui e Circumpadanis campis ad eum accesserant; & per interpretem, quæ decreta fuissent a Gallis, multitudini declarat.

Digitized by Google

6 ὄχλοις. Ἦν δὲ τῶν λεγομένων ἰσχυρόταται πρὸς A.V. 536. Magilus, regulus ex Gallia Circumpadana.
θάρσος τῶν πολλῶν, πρῶτον μὲν, ἡ τῆς παρουσίας
ἐνέργεια τῶν ἐπισπωμένων, καὶ κοινωνήσειν ἐπαγγελ-
7λομένων τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου· δεύτερον δὲ,
τὸ τῆς ἐπαγγελίας αὐτῶν ἀξιόπιστον, ὅτι καθηγήσ-
ονται διὰ τόπων τοιούτων, δι' ὧν οὐδενὸς ἐπιδεόμε-
νοι τῶν ἀναγκαίων, συντόμως ἅμα καὶ μετὰ ἀσφα-
8λείας ποιήσονται τὴν εἰς Ἰταλίαν πορείαν· πρὸς δὲ
τούτοις, ἡ τῆς χώρας γενναιότης, εἰς ἣν ἀφίξονται,
καὶ τὸ μέγεθος, ἔτι δὲ τῶν ἀνδρῶν ἡ προθυμία, μεθ'
ὧν μέλλουσι ποιεῖσθαι τοὺς ἀγῶνας πρὸς τὰς τῶν
9 Ῥωμαίων δυνάμεις. Οἱ μὲν οὖν Κελτοὶ τοιαῦτα διε-
10λεχθέντες, ἀνεχώρησαν. Μετὰ δὲ τούτους εἰσελ- Hannibal ad Rhodanum horratur suos.
θὼν αὐτὸς, πρῶτον μὲν τῶν προγεγενημένων πρά-
ξεων ἀνέμνησε τοὺς ὄχλους· ἐν αἷς, ἔφη, πολλοῖς
αὐτοὺς καὶ παραβόλοις ἔργοις καὶ κινδύνοις ἐπικε-
χειρηκότας, ἐν οὐδενὶ διεσφάλθαι, κατακολουθήσαν-

XLIV. 6. *ἐνέργεια. An ἐνάργεια? quod suspicati sunt Casaub. & Reisk.*

declarat. Ex omnibus quæ dicta sunt plurimum ad firmandos vulgi animos momenti habebant ista: primum quidem, *ipsa efficax præsentia eorum qui ipsos accirent, & belli contra Romanos participes se fore promitterent:* deinde quod, quum sponderet *Magilus, se per ea loca ipsos ducturum, per quæ cito ac tuto, necessaria re nulla deficiente, in Italiam essent venturi,* nequaquam levis auctor hujus promissionis esse videbatur. Movebat eos insuper id, quod tum *de bonitate atque amplitudine regionis quam peterent, tum de promta & propensa eorum voluntate, quibuscum adversus Romanos exercitus essent pugnaturi,* demonstrabatur. His expositis, concione excedunt *Galli.* Post quos prodiens ipse *Hannibal,* primo res ante gestas militi in memoriam revocare: *quam multa, auctore se & consultore, audaciæ & periculorum plena facinora suscepissent, quorum nullius unquam ipsos pœni-*

A.V. 536. Hannibal ad Rhodanum hortatur suos.

τας τῇ ἐκείνου γνώμῃ καὶ συμβουλίᾳ. τούτοις δ' 11
ἐξῆς εὐθαρσεῖς εἶναι παρεκάλει, θεωρεῦντας, διότι
τὸ μέγιστον ἤνυσταγ τῶν ἔργων· ἐπειδὴ τῆς τε τοῦ
ποταμοῦ διαβάσεως κεκρατήκασι, τῆς τε τῶν συμ-
μάχων εὐνοίας καὶ προθυμίας αὐτόπται γεγόνασι.
διόπερ ᾤετο δεῖν περὶ μὲν τῶν κατὰ μέρος ῥαθυμεῖν, 12
ὡς αὐτῷ μελόντων· πειθαρχοῦντας δὲ τοῖς παραγ-
γέλμασιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς γίγνεσθαι, καὶ τῶν προ-
γεγονότων ἔργων ἀξίους. Τοῦ δὲ πλήθους ἐπισημαι- 13
νομένου, καὶ μεγάλην ὁρμὴν καὶ προθυμίαν ἐμφαί-
νοντος, ἐπαινέσας αὐτοὺς, καὶ τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ἁπάν-
των εὐξάμενος, διαφῆκε, παραγγείλας θεραπεύειν
σφᾶς, καὶ παρασκευάζεσθαι μετὰ σπουδῆς, ὡς εἰς
τὴν αὔριον ἀναζυγῆς ἐσομένης.

XLV. Speculatores Numidæ fugari ab equitibus Scipionis.

Λυθείσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, ἦκον τῶν Νομάδων
οἱ προαποσταλέντες ἐπὶ τὴν κατασκοπήν, τοὺς μὲν
πλείστους αὐτῶν ἀπολωλεκότες, οἱ δὲ λοιποὶ πρε-
τρεπά-

13. εἰς τὴν αὔριον. εἰς abest a Bav. Aug. & Regiis.

pœnituerit. Hortari igitur, bono esſent animo; quum præsertim peractum esſe id, quod difficillimum fuerit, viderent: nam & trajiciendi amnis consilium exitum jam habuisse, qualem optassent; & benevolentiæ atque egregiæ voluntatis sociorum oculatos ipsos esse testes. Postulare denique, ut de singulis, quæ gerenda forent, solliciti ne esſent; gnari, sibi illa esſe curæ: sed jussis suis obedientes, viros fortes & gloria rerum ante gestarum dignos se præberent. Quum multitudo voce manuque significationem assensus dedisset, magnamque alacritatem & cupiditatem pugnandi ostendisset; laudavit eos Hannibal, votaque pro salute omnium diis nuncupavit: monitos deinde, ut corpora curarent, & ad iter omnia diligenter pararent, quia movere postridie castra constituisset, eos dimisit.

45. Soluta concione advenerunt Numidæ, qui speculatum ante fuerant missi, quorum major pars ceciderat, reliqui effusa fuga evaserant.

Digitized by Google

ατροπάδην πεφευγότες. συμπεσόντες γὰρ οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἱππεῦσι, τοῖς ἐπὶ τὴν αὐτὴν χρείαν ἐξαπεσταλμένοις ὑπὸ τοῦ Ἡοπλίου, τοιαύτην ἐποιήσαντο φιλοτιμίαν ἀμφότεροι κατὰ τὴν συμπλοκήν, ὥστε τῶν Ῥωμαίων καὶ Κελτῶν εἰς ἑκατὸν ἱππεῖς καὶ τετρακόσιους διαφθαρῆναι, τῶν δὲ Νομάδων ὑπὲρ τοὺς διακοσίους. Γενομένων δὲ τούτων, οἱ Ῥωμαῖοι συνεγγίσαντες κατὰ τὸ δίωγμα τῷ τῶν Καρχηδονίων χάρακι, καὶ κατοπτεύσαντες, αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς ἠπείγοντο, διασαφήσοντες τῷ στρατηγῷ τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων. ἀφικόμενοι δ' εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἀνήγγειλαν. Πόπλιος δὲ παραυτίκα τὴν ἀποσκευὴν ἀναθέμενος ἐπὶ τὰς ναῦς, ἀνέζευξε παντὶ τῷ στρατεύματι, καὶ προῆγε παρὰ τὸν ποταμὸν, σπεύδων συμμίξαι τοῖς ὑπεναντίοις. Ἀννίβας δὲ τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας, ἅμα τῷ φωτὶ, τοὺς μὲν ἱππεῖς προέθετο πάντας ὡς πρὸς θάλατταν, ἐφεδρείας ἔχοντας τάξιν· τὴν δὲ τῶν πεζῶν

A.V. 536. Speculatores Numidæ fugati ab equitibus Scipionis.

Scipio versus castra Hannibalis proficiscitur.

rant. Nam quum haud longe a suorum castris obvios Romanos equites habuissent, pari de caussa a *Publio* missos; tanta animorum contentione utrique pugnam inierunt, ut Romanorum quidem ac Gallorum centum & quadraginta desiderati sint, e Numidis vero amplius ducenti. Romani dum a conflictu hostem insequuntur, propius vallum Pœnorum progressi, omniaque speculati, redire ad suos properabant, quò possent de adventu hostium certiorem facere consulem: quod & mox, in castra reversi, fecerunt. Extemplo *Scipio*, impedimentis in naves impositis, castra movit, &, cupidus dimicandi cum hoste, copias omnes pedestri itinere secundum flumen pergit ducere. At *Hannibal*, postridie quam habita erat concio, prima luce equitatum omnem ab ea parte quæ mare spectabat, velut in subsidium agminis, disponit; deinde

Digitized by Google

A.V. 536. ἐκίνει δύναμιν ἐκ τοῦ χάρακος εἰς πορείαν. αὐτὸς δὲ 6 τοὺς ἐλέφαντας ἐξεδέχετο, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις ἀπολελειμμένους ἄνδρας. Ἐγένετο δὲ ἡ διακομιδὴ τῶν θηρίων, τοιαύτη τις.

XLVI. Trajectio elephantorum.

Πήξαντες σχεδίας καὶ πλείους, ἀραρότως τούτων δύο πρὸς ἀλλήλας ζεύξαντες βιαίως, ἤρεισαν ἀμφοτέρας εἰς τὴν γῆν κατὰ τὴν ἔμβασιν τοῦ ποταμοῦ, πλάτος ἐχούσας τὸ συναμφότερον, ὡς πεντήκοντα πόδας. ταύταις δὲ συζευγνύντες ἄλλας ἐκ τῶν ἐκτὸς προσήρμοζον, προτείνοντες τὴν κατασκευὴν τοῦ ζεύγματος εἰς τὸν πόρον. τὴν δ' ἀπὸ τοῦ 3 ῥεύματος πλευρὰν ἠσφαλίζοντο τοῖς ἐκ τῆς γῆς ἐπιγύοις, εἰς τὰ περὶ τὸ χεῖλος πεφυκότα τῶν δένδρων ἐνάπτοντες, πρὸς τὸ συμμένειν καὶ μὴ παρωθεῖσθαι τὸ ὅλον ἔργον κατὰ τοῦ ποταμοῦ. ποιήσαντες δὲ 4 πρὸς δύο πλέθρα τῷ μήκει τὸ πᾶν ζεῦγμα τῆς προβολῆς, μετὰ ταῦτα δύο πεπηγυίας σχεδίας διαφερόντως, τὰς μεγίστας, προσέβαλον ταῖς ἐσχάταις· πρὸς

XLVI. 3. ἐνάπτ. ἀνάπτοντες *Aug. Reg. A.*

deinde pedites movere castra atque iter facere jubet: ipse elephantos, & cum his relictos viros, præstolatur. Trajectio autem bestiarum tali modo facta est.

46. Quum plures rates compegissent, duas harum invicem probe ac firmiter junctas, quæ latitudinem simul ambæ quinquaginta pedum habebant, magna vi terræ infigunt, qua parte in amnem ibatur. Hisce alias ab exteriore parte copulant connectuntque, ita ut hujus quasi pontis fabrica in ipsum amnem, qua erant trajecturi, porrigeretur. Latus, quod impetum fluminis excipiebat, rudentibus e terra firmant, ad arbores alligatis, quibus superior fluminis ripa erat consita; ut staret opus totum immotum, neque secunda aqua deferretur. Postquam hujus pontis in flumen porrecti longitudinem ad pedes cc produxerunt; tum vero ratibus postremis duas maximas alias, singulari arte compactas, adjiciunt;

Digitized by Google

πρὸς αὐτὰς μὲν βιαίως δεδεμένας, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας οὕτως, ὥστ' εὐδιακόπους αὐτῶν εἶναι τοὺς δεσμούς. ζεύγματα δὲ καὶ πλείω ταύταις ἐνῆψαν, οἷς ἔμελλον οἱ λέμβοι ξυμουλκοῦντες οὐκ ἐάσειν φέρεσθαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ, βίᾳ δὲ πρὸς τὸν ῥοῦν κατέχοντες, παρακομιεῖν καὶ περαιώσειν ἐπὶ τούτων τὰ θηρία. μετὰ δὲ ταῦτα χοῦν ἔφερον ἐπὶ πάσας πολὺν, ἕως ἐπιβάλλοντες ἐξωμοίωσαν, ὁμαλῶν καὶ σύγχρουν ποιοῦντες τῇ διὰ τῆς χέρσου φερούσῃ πρὸς τὴν διάβασιν ὁδῷ. τῶν δὲ θηρίων εἰθισμένων τοῖς Ἰνδοῖς μέχρι μὲν πρὸς τὸ ὑγρὸν ἀεὶ πειθαρχεῖν, εἰς δὲ τὸ ὕδωρ ἐμβαίνειν οὐδαμῶς ἔτι τολμώντων, ἦγον διὰ τοῦ χώματος δύο προθέμενοι θηλείας, πειθαρχούντων αὐτοῖς τῶν θηρίων. ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τὰς τελευταίας ἐπέστησαν σχεδίας, διακόψαντες τοὺς δεσμοὺς, οἷς

A.V. 536. Trajectio elephantorum.

Hh 4 προσήρ-

5. κατὰ ποταμοῦ absque artic. dant Vrb. Flor. Aug. Reg. A. 6. ἐπὶ πάσας. Mendose ἐπὶ πάσαν Vrb. ἐπιπάσαντες edd. ex Bav. 8. οἷς προσήρτ. Vulgo omnes οἳ, quod ex conject. corrigere non dubitavi.

jiciunt; ipsas quidem inter se firmissime colligatas, ad ceteras vero sic, ut præcidi vincula facile possent. His funes ductarios plures alligaverunt, quorum ope lembi remulco eas trahentes impedituri erant, quominus secundus fluvius easdem deferret, ac, contra fluminis impetum vi sua rates sustinendo, ad ripam ipsas perducturi, & bestias super his erant trajecturi. Humum dein multam in omnes rates congerunt, eamque ita injiciunt, ut similem prorsus redderent viæ, quæ per firmam terram ad amnis transitum ferebat, æque planam & ejusdem coloris. Consueverunt elephanti magistris suis morigeros se præbere, donec aliqua occurrat aqua; intrare vero aquas non audent. Propterea in hunc aggerem illos duxere, duabus præpositis fœminis; atque ita reliqui sunt obsecuti. Qui postquam in ultimas rates sunt perducti, incisis vinculis, quibus ceteris

Digitized by Google

A.V. 536. Trajectio elephantorum.

προσήρτηντο πρὸς τὰς ἄλλας, καὶ τοῖς λέμβοις ἐπισπασάμενοι τὰ ῥύματα, ταχέως ἀπέσπασαν ἀπὸ τοῦ χώματος τά τε θηρία καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῖς σχεδίας. οὗ γενομένου, διαταραχθέντα τὰ ζῶα, κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐστρέφετο, καὶ κατὰ πάντα τόπον ὥρμα· περιεχόμενα δὲ πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος, ἀπεδειλία, καὶ μένειν ἠναγκάζετο κατὰ χώραν. καὶ τοιούτῳ δὴ τρόπῳ προσαρμοζομένων ἀεὶ σχεδιῶν δυοῖν, τὰ πλεῖστα τῶν θηρίων ἐπὶ τούτων διεκομίσθη. τινὰ δὲ κατὰ μέσον τὸν πόρον ἀπέῤῥιψεν εἰς τὸν ποταμὸν αὐτά, διὰ τὸν φόβον· ὧν τοὺς μὲν Ἰνδοὺς ἀπολέσθαι συνέβη πάντας, τοὺς δ' ἐλέφαντας διασωθῆναι. διὰ γὰρ τὴν δύναμιν καὶ τὸ μέγεθος τῶν προβοσκίδων, ἐξαίροντες ταύτας ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν, καὶ διαπνέοντες, ἅμα δ' ἐκφυσῶντες πᾶν τὸ παρεμπίπτον, ἀντέσχον, τὸ πολὺ καθ' ὕδατος ὀρθοὶ ποιούμενοι τὴν πορείαν.

Περαιω-

10. δυοῖν. δυεῖν *Flor.* 12. ὀρθοὶ. ὀρθὴν *edd. ex Bav.*

ris erant istæ adnexæ, lembis ductarios funes attrahentibus, celeriter & bestias & rates quæ illas sustinebant, a reliquis divellerunt. Tum vero trepidantes belluæ, initio quidem convertere se, & in omnes partes impetum dare: sed, quod aqua undique cingerentur, subeunte pavore, quietæ manere cogebantur. Atque hoc modo binas subinde rates ad ceteras admovendo, plerique omnes elephanti super illis sunt transmissi. Quidam præ metu in medio trajectu præcipites se in flumen dedere; quorum *Indi* quidem periere omnes, ipsi vero servati sunt. Nam quia prævalidas magnasque habent proboscides, his supra aquam sublatis, simul respirabant, & si quid aquæ inciderat efflabant: atque ita per majorem viæ partem sub aqua recti incedentes, evaserunt incolumes.

47. His

Digitized by Google

Περαιωθέντων δὲ τῶν θηρίων, ἀναλαβὼν Ἀννίβας τοὺς ἐλέφαντας καὶ τοὺς ἱππέας, προῆγε, τούτοις ἀπουραγῶν, παρὰ τὸν ποταμὸν ἀπὸ θαλάττης ὡς ἐπὶ τὴν ἕω ποιούμενος τὴν πορείαν, ὡς εἰς αὐτὴν μεσόγαιον τῆς Εὐρώπης. Ὁ δὲ Ῥοδανὸς ἔχει τὰς μὲν πηγὰς ὑπὲρ τὸν Ἀδριατικὸν μυχὸν πρὸς τὴν ἑσπέραν νευούσας, ἐν τοῖς ἀποκλίνουσι μέρεσι τῶν Ἄλπεων ὡς πρὸς τὰς ἄρκτους· ῥεῖ δὲ πρὸς τὰς χειμερινὰς δύσεις, ἐκβάλλει δ' εἰς τὸ Σαρδῷον πέλαγος. Φέρεται δ' ἐπιπολὺ δι' αὐλῶνος· οὗ πρὸς μὲν τὰς ἄρκτους Ἄρδυες Κελτοὶ κατοικοῦτι, τὴν δ' ἀπὸ μεσημβρίας αὐτοῦ πλευρὰν ὁρίζουσι πᾶσαι αἱ πρὸς ἄρκτον κεκλιμέναι τῶν Ἄλπεων παρώρειαι. τὰ δὲ πεδία τὰ παρὰ τὸν Πάδον, ὑπὲρ ὧν ἡμῖν εἴρηται διὰ πλειόνων, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ῥοδανὸν αὐλῶνος διαζευγνύουσιν αἱ τῶν προειρημένων ὀρῶν ἀκρώρειαι, λαμβάνουσαι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Μασσαλίας, ὡς ἐπὶ

A.V. 536. XLVII. Iuxta Rhodanum progreditur Hannibal. Rhodanus.

Ardyes Galli.

XLVII. 2. τὰς μὲν. μὲν τὰς edd. ex Bav. Pro τὰς autem, τρεῖς legit Perott. Ibid. χειμερ. δύσεις. δύσεις χειμερινὰς Vat. Vrb. Aug. Reg. A. 3. Ἄρδυες. An Ἄλδυες? Druentes habet Perott. Ibid. αἱ post πᾶσαι, carent omnes. Adjeci ex conject.

47. His ita peractis, *Hannibal*, assumtis elephantis atque equitibus, iisque in extremo agmine collocatis, juxta flumen pergit ire, a mari versus orientem proficiscens, quasi Europæ mediterranea peteret. *Rhodanus* fontes habet supra sinum Hadriaticum in occasum versos, in partibus Alpium, quæ septemtrionem spectant: fertur autem versus occasum hibernum, & exonerat se in mare Sardoum. Plurimus ejus cursus est intra convallem, cujus septemtrionale latus *Ardyes Galli* colunt, meridianum omne latus terminant radices *Alpium*, quæ in septemtriones vergunt. Circumpadanos campos, de quibus multa in superioribus sunt nobis dicta, ab ea convalle, quam permeat Rhodanus, separant eorumdem, quos dixi, montium juga, quæ a Massilia ad ultimum usque

Digitized by Google

A.V. 536. τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρίαν μυχόν· ἀφ' οὗ δὴ ὑπεραίρας Ἀννίβας ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ῥοδανὸν τόπων, ἐνέβαλεν εἰς Ἰταλίαν. Ἔνιοι δὲ τῶν γεγραφότων περὶ τῆς ὑπερβολῆς ταύτης, βουλόμενοι τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐκπλήττειν τῇ περὶ τῶν προειρημένων τόπων παραδοξολογίᾳ, λανθάνουσιν ἐκπίπτοντες εἰς δύο τὰ πάσης ἱστορίας ἀλλοτριώτατα· καὶ γὰρ ψευδολογεῖν, καὶ μαχόμενα γράφειν αὐτοῖς ἀναγκάζονται. ἅμα μὲν γὰρ τὸν Ἀννίβαν ἀμίμητόν τινα παρεισάγοντες στρατηγὸν καὶ τόλμῃ καὶ προνοίᾳ, τοῦτον ὁμολογουμένως ἀποδεικνύουσιν ἡμῖν ἀλογιστότατον· ἅμα δὲ, καταστροφὴν οὐ δυνάμενοι λαμβάνειν, οὐδ' ἔξοδον τοῦ ψεύδους, θεοὺς καὶ θεῶν παῖδας εἰς πραγματικὴν ἱστορίαν παρεισάγουσιν. ὑποθέμενοι γὰρ τὰς ἐρυμνότητας καὶ τραχύτητας τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν, τοιαύτας, ὥστε, μὴ οἷον ἵππους καὶ στρατόπεδα, σὺν δὲ τούτοις ἐλέφαντας, ἀλλὰ μηδὲ πεζοὺς

Aliorum fabulæ de itinere Hannibalis.

6. ἐκπίπτουτ. ἐμπίπτοντες Bav. Aug. Reg. A.

usque Hadriæ receſſum porriguntur. Quos montes tunc transgreſſus *Hannibal*, a locis circa Rhodanum, in Italiam intravit. Nonnulli vero, quum *de ſuperatis ab Hannibale Alpibus* ſcriberent, dum miraculo rerum novarum quas de locis illis narrant, ſtupefacere lectores cupiunt; imprudentes in duo vitia incidunt, ab omni hiſtoria alieniſſima: nam & mendacia & ſibi repugnantia ſcribere coguntur. Qui enim *Hannibalem* produnt fuiſſe inimitabilis cujusdam virtutis & prudentiæ imperatorem; ſimul tamen eumdem faciunt ſine controverſia imprudentiſſimum. Deinde, ubi exitum rei non inveniunt, nec quomodo e mendacio ſe extricent; *deos & deorum filios* in hiſtoriam, rerum geſtarum veram & ſeriam narrationem profeſſam, inducunt. *Alpium* ſiquidem *juga adeo inacceſſa atque aſpera eſſe* fingunt, *ut vix ab expeditis peditibus, nedum equis, exercitibus, elephantis*

Digitized by Google

ζοὺς εὐζώνους εὐχερῶς ἂν διελθεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἔρημον τοιαύτην τινὰ περὶ τοὺς τόπους ὑπογεάψαντες ἡμῖν, ὥστ', εἰ μὴ θεὸς ἢ τις ἥρως ἀπαντήσας τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν ὑπέδειξε τὰς ὁδοὺς, ἐξαποροῦντας ἂν καταφθαρῆναι πάντας· ὁμολογουμένως ἐκ τούτων εἰς ἑκάτερον τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων ἐμπίπτουσι. A.V. 536. Fabulæ de itinere Hannibalis.

XLVIII. Πρῶτον μὲν γὰρ, τίς ἂν φανείη στρατηγὸς ἀλογιστότερος Ἀννίβου καὶ σκαιότερος ἡγεμών· ὃς, τοσούτων ἡγούμενος δυνάμεων, καὶ τὰς μεγίστας ἐλπίδας ἔχων ἐν τούτοις τοῦ κατορθώσειν τοῖς ὅλοις, οὔτε τὰς ὁδοὺς, οὔτε τόπους, ὡς οὗτοί φασιν, οὔτε ποῦ πορεύεται τὸ παράπαν, οὔτε πρὸς τίνας, ἐγίγνωσκε· τὸ δὲ πέρας, οὗ τι καθόλου δυνατοῖς, τοὐναντίον δ' ἀδυνάτοις ἐπιβάλλεται πράγμασιν; Ἀλλ', ὅπερ οἱ τοῖς ὅλοις ἐπταικότες, καὶ κατὰ πάντα τρόπον

XLVIII. 2. ἐν τούτοις. *Forſ.* ἐν ταύταις. *Reisk.* 3. *Veteres libri omnes* τὸ δὲ πέρας, οὗ τι καθόλου τοὐναντίον δυνατοῖς ἐπιβάλλεται. *Quæ verba, niſi* deletum malis τοὐναντίον, *utique ita fere ſupplenda & corrigenda videntur, ſicuti fecimus. Caſaubonus ex conjectura, quam Reg. B. partim in ora, partim in contextu exhibet,* οὐ τοῖς κατὰ λόγον, τοὐναντίον δ' ἀδυνάτοις *ediderat.*

phantis ſuperari queant; tum *ita deſerta* nobis deſcribunt *iſta loca, ut, niſi deus aut heros aliquis Hannibali occurriſſet, qui viam indicaret, omnes, incerti quo ſe verterent, fuerint perituri:* quæ dum ita ſcribunt, nemini dubium eſt, quin utriusque peccati, de quo diximus, ſe obligent.

48. Primum enim, quis imperator *Hannibale* imprudentior, aut dux ſiniſterior videri omnibus deberet; qui tantas copias trahens, in quibus ſpes maximas habuit repoſitas de proſpero ſummæ rerum eventu, neque itinera, neque loca, ut quidem iſti ajunt, neque quo vel ad quos iret, notum omnino habuerit? Denique, qui res adgreſſus ſit nullo modo poſſibiles, & quæ humanas vires omnes ubique ſuperarent. At, quod ne ii quidem facere ſuſtinent, qui perdita

Digitized by Google

A.V. 536. Fabulæ de itinere Hannibalis.

τρόπον ἐξαποροῦντες οὐχ ὑπομένουσιν· ὥστ' εἰς ἀπρονοήτους καθιέναι τόπους μετὰ δυνάμεως· τοῦτο περιτιθέασιν οἱ συγγραφεῖς Ἀννίβᾳ, τῷ τὰς μεγίστας ἐλπίδας ἀκεραίους ἔχοντι, περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν πραγμάτων. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς ἐρημίας, ἔτι δ' ἐρυμνότητος καὶ δυσχωρίας τῶν τόπων, ἔκδηλον ποιεῖ τὸ ψεῦδος αὐτῶν. οὐχ ἱστορήσαντες γὰρ, ὅτι συμβαίνει τοὺς Κελτοὺς, τοὺς παρὰ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν οἰκοῦντας, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, πρὸ τῆς Ἀννίβου παρουσίας, οὐδὲ μὴν πάλαι, προσφάτως δὲ, μεγάλοις στρατοπέδοις ὑπερβάντας τὰς Ἄλπεις, παρατετάχθαι μὲν Ῥωμαίοις, συνηγωνίσθαι δὲ Κελτοῖς τοῖς τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία κατοικοῦσι, καθάπερ ἡμεῖς ἐν τοῖς πρὸ τούτου ἐδηλώσαμεν· πρὸς δὲ τούτοις, οὐκ εἰδότες, ὅτι πλείστων ἀνθρώπων φῦλον κατ' αὐτὰς οἰκεῖν συμβαίνει τὰς Ἄλπεις· ἀλλ' ἀγνοοῦντες ἕκαστα τῶν εἰρημένων,

4. καθιέναι. *Sic b. l. ſcripti libri omnes, quod Caſaub. in* κατιέναι *mutavit.* 6. συνηγωνίσθαι. συναγωνίσασθαι *Caſaub. ex Reg. B.*

perdita rerum ſuarum ſumma ad ultimam conſilii inopiam fuerint redacti; ut in loca inexplorata ſeſe cum ſuis copiis conjiciant; id præclari iſti ſcriptores *Hannibali* adſcribunt, qui ſpes univerſas de ſuis rebus, easque maximas, tunc temporis habebat integras atque illibatas. Sed & quod ajunt, *fuiſſe illa loca ita deſerta atque ita a natura munita, ut plane inſuperabilia eſſent*, palam facit ipſorum mendacia. Non enim didicerant iſti, Gallos Rhodani accolas, non ſemel aut iterum, ante Hannibalis adventum, neque jam olim, ſed paullo ante cum magnis exercitibus Alpes ſuperaſſe, & Circumpadanis Gallis opem ferentes cum Romanis arma contuliſſe; quemadmodum in ſuperioribus eſt a nobis oſtenſum. Neſciebant præterea, numeroſiſſimam gentem ipſas Alpes inhabitare. Verum, ignari horum omnium, *Heroëm*

quem-

Digitized by Google

νων, ἡρωά τινα, φασὶν, ἐπιφανέντα, συνυποδεῖξαι τὰς ὁδοὺς αὐτοῖς. ἐξ ὧν εἰκότως ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ παραπλήσιον τοῖς τραγωδιογράφοις. καὶ γὰρ ἐκείνοις πᾶσιν αἱ καταστροφαὶ τῶν δραμάτων προσδέονται θεοῦ καὶ μηχανῆς, διὰ τὸ τὰς πρώτας ὑποθέσεις ψευδεῖς καὶ παραλόγους λαμβάνειν. τοὺς δὲ συγγραφέας ἀναγκη τὸ παραπλήσιον πάσχειν, καὶ ποιεῖν ἡρωάς τε καὶ θεοὺς ἐπιφαινομένους, ἐπειδὰν τὰς ἀρχὰς ἀπιθάνους καὶ ψευδεῖς ὑποστήσωνται. πῶς γὰρ οἷόν τε, παραλόγοις ἀρχαῖς εὔλογον ἐπιθεῖναι τέλος; Ἀννίβας γε μὴν, οὐχ ὡς οὗτοι γράφουσι, λίαν δὲ περὶ ταῦτα πραγματικῶς ἐχρῆτο ταῖς ἐπιβολαῖς. καὶ γὰρ τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν, εἰς ἣν ἐπεβάλετο κατιέναι, καὶ τὴν τῶν ὄχλων ἀλλοτριότητα πρὸς Ῥωμαίους ἐζητάκει σαφῶς, εἴς τε τὰς μεταξὺ δυσχωρίας ὁδηγοῖς καὶ καθηγεμόσιν ἐγχωρίοις ἐχρῆτο, τοῖς τῶν αὐτῶν ἐλπίδων μέλλουσι κοινω-

A.V. 536. Fabulæ de itinere Hannibalis.

Prudenter iter instituit Hannibal.

II. κατιέναι. *Forſ. & b. l.* καθιέναι *ſcribendum.* Ibid. ἄς τε τὰς *pet.* καὶ τῆς μεταξὺ *edd. cum Bav. Ang. Reg. A.*

quemdam, ajunt, *Pœnis apparuiſſe, & viam ipſis monſtraſſe.* In quo ſimile illis uſu venit ac poëtis, qui *tragœdias* componunt: nam quoniam hi argumenta falſa & a ratione aliena initio ſibi proponunt, ſemper in fabularum exitu deo indigent & machina. His igitur ſcriptoribus ut idem eveniat, neceſſum plane eſt; ut heroas aut deos fingant viſos, poſtquam ſemel principia a veri ſimilitudine aliena & falſa poſuerunt. Abſurdis enim principiis, qui poteſt colophon imponi rationi conſentaneus? Enimvero *Hannibal* in hoc incepto, non quomodo iſti ſcribunt, ſed adprime ſollerter ſe geſſit: qui & præſtantiam regionis quam erat aditurus, atque alienatos populorum animos a Romanis certo exploraverat; & ad itinerum difficultates ducibus uſus eſt indigenis, qui eamdem ſecum belli fortunam erant experturi.

Digitized by Google

A.V. 536. κοινωνεῖν. Ἡμεῖς δὲ περὶ τούτων εὐθαρσῶς ἀποφαι- 12
νόμεθα, διὰ τὸ περὶ τῶν πράξεων παρ' αὐτῶν ἱστορηκέναι τῶν παρατετευχότων τοῖς καιροῖς, τοὺς δὲ τόπους κατωπτευκέναι, καὶ τῇ διὰ τῶν Ἄλπεων αὐτοὺς κεχρῆθαι πορείᾳ, γνώσεως ἕνεκα καὶ θέας.

XLIX. P. Scipio redit in Italiam. Οὐ μὴν, ἀλλὰ Πόπλιος μὲν ὁ τῶν Ῥωμαίων στρα- 1
τηγὸς, ἡμέραις ὕστερον τρισὶ τῆς ἀναζυγῆς τῆς τῶν Καρχηδονίων παραγενόμενος ἐπὶ τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν, καὶ καταλαβὼν ὡρμηκότας τοὺς ὑπεναντίους, ἐξενίσθη μὲν ὡς ἐνδέχεται μάλιστα· πεπεισ- 2
μένος, οὐδέ ποτ' ἂν αὐτοὺς τολμῆσαι τῇδε ποιήσασθαι τὴν εἰς Ἰταλίαν πορείαν, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀθεσίαν τῶν κατοικούντων τοὺς τόπους βαρβάρων. Θεωρῶν δὲ τετολμηκότας, αὖθις ἐπὶ τὰς ναῦς 3
ἠπείγετο, καὶ παραγενόμενος ἐνεβίβαζε τὰς δυνά-
Fratrem in Hiſpaniam mittit. μεις. Καὶ τὸν μὲν ἀδελφὸν ἐξέπεμπεν ἐπὶ τὰς ἐν 4
Ἰβηρίᾳ πράξεις· αὐτὸς δὲ, πάλιν ὑποστρέψας εἰς Ἰτα-

12. αὐτοὺς κεχρῆθαι. Sic Aug. & Reg. A. αὐτοῖς Vat. Flor. Reg. B. αὐτοὶ Reg. C. αὐτὸς edd. ex Bav.

turi. Nos autem de hiſce rebus eo majore fiducia ſcribimus, quia ab illis hominibus eas didicimus, qui temporibus eisdem vixerunt; & quod loca ipſi luſtravimus, ac viſendi ſtudio veritatisque cognoſcendæ iter per Alpes ſuſcepimus.

49. Ceterum *Publius*, Romanorum imperator, triduo poſtquam inde Pœni caſtra moverant, ad tranſitum fluminis acceſſit: unde quum profectos hoſtes cognoviſſet, mirari quidem ille quam maxime: qui præſertim perſuaſum haberet, nunquam Pœnos hac via Italiam petere auſuros, tot populis barbaris tam fluxæ fidei in medio poſitis. Sed ut auſos cognovit, ad naves retro cœpit contendere: ad quas ſimul pervenit, copias inſcendere jubet. Ac fratrem quidem in *Hiſpaniam* ad bellum ibi gerendum mittit: ipſi vero

Digitized by Google

Ἰταλίαν ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, σπεύδων καταταχῆ- A.V. 536.
σαι τοὺς ὑπεναντίους διὰ Τυρρηνίας πρὸς τὴν τῶν
Ἄλπεων ὑπερβολήν. Ἀννίβας δὲ ποιησάμενος ἐξῆς Hannibal in Insula, inter Rhodanum & Isaram.
ἐπὶ τέτταρας ἡμέρας τὴν πορείαν ἀπὸ τῆς διαβά-
σεως, ἦκε πρὸς τὴν καλουμένην Νῆσον, χώραν πο-
λύοχλον καὶ σιτοφόρον, ἔχουσαν δὲ τὴν προσηγορίαν
ἀπ' αὐτοῦ τοῦ συμπτώματος. τῇ μὲν γὰρ ὁ Ῥοδα-
νὸς, τῇ δὲ ὁ Ἰσάρας προσαγορευόμενος, ῥέοντες παρ'
ἑκατέραν τὴν πλευρὰν, ἀποκορυφοῦσιν αὐτῆς τὸ
σχῆμα κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους σύμπτωσιν. ἔστι
δὲ παραπλησίαι, τῷ μεγέθει καὶ τῷ σχήματι, τῷ
κατ' Αἴγυπτον καλουμένῳ Δέλτα· πλὴν ἐκείνου μὲν
θάλατται τὴν μίαν πλευρὰν καὶ τὰς τῶν ποταμῶν
ῥύσεις ἐπιζεύγνυσι· ταύτης δ' ὄρη δυσπρόσοδα καὶ
δυσέμβολα, καὶ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, ἀπρόσιτα. Πρὸς
ἣν ἀφικόμενος, καὶ καταλαβὼν ἐν αὐτῇ δύο ἀδελ-
φοὺς

XLIX. 5. ἀπ' αὐτοῦ τοῦ. ἀπὸ τοῦ Bav. Ang. & Regii. 6. τῇ — — τῇ. ᾗ μὲν — — ᾗ δὲ Vat. Flor. Vrſin. Ibid. δὲ ὁ Ἰσάρας ex vitor. dect. conject. recepi. δὲ Σκάρας Vat. Flor. Ang. Reg. A. δὲ Σκώρας Bav. δὲ ὁ Ἄραρος Caſaub. 7. κατ' Αἴγυπτον. πᾶς' Αἰγύπτῳ edd. ex Bav.

ro Italiam navibus repetere ſententia ſtetit; quo hoſtes anteverteret, ac per Hetruriam ad ea loca, ubi eſt Alpium tranſitus, maturius perveniret. *Hannibal* quarto die, poſtquam a Rhodano erat profectus, ad *Inſulam*, quam vocant, pervenit: regionem, & cultoribus frequentem, & frumenti feracem; e re ipſa ita nominatam. Siquidem hinc *Rhodanus*, inde *Iſara*, latera duo illius præterfluentes, qua in unum confluunt, faſtigiatam ejus figuram reddunt. Eſt autem ſimilis regio iſta, tum magnitudine tum figura, illi quam in Aegypto *Delta* nuncupant: eo differunt, quod hujus quidem uni lateri mare prætenditur, quod fluminum meatus præcingit; illius vero, montes difficilem acceſſum introitumque, imo vero pæne dixeris, nullum aditum habentes. Eo quum perveniſſet, duosque ibi inveniſſet

fratres

Digitized by Google

A.V. 536. Regulo hujus regionis opem fert adv. fratrem.

φοὺς ὑπὲρ τῆς βασιλείας στασιάζοντας, καὶ μετὰ στρατοπέδων ἀντικαθημένους ἀλλήλοις· ἐπισπωμέ- 9
νου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ παρακαλοῦντος εἰς τὸ συμπράξαι καὶ συμπεριποιῆσαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν αὐτῷ, ὑπήκουσε· προδήλου σχεδὸν ὑπαρχούσης τῆς πρὸς τὸ παρὸν ἐσομένης αὐτῷ χρείας. Διὸ καὶ συν- 10
επιθέμενος, καὶ συνεκβαλὼν τὸν ἕτερον, πολλῆς ἐπικουρίας ἔτυχε παρὰ τοῦ κρατήσαντος. οὐ γὰρ μό- 11
νον σίτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις ἀφθόνως ἐχορήγησε τὸ στρατόπεδον· ἀλλὰ καὶ τῶν ὅπλων τὰ παλαιὰ καὶ τὰ πεπονηκότα πάντα διαλλάξας, ἐκαίνοποίησε πᾶσαν τὴν δύναμιν εὐκαίρως. ἔτι δὲ 12
τοὺς πλείστους ἐδῆτι καὶ πρὸς τούτοις ὑποδέσεις κοσμήσας, μεγάλην εὐχρηστίαν παρέσχετο πρὸς τὰς τῶν ὀρῶν ὑπερβολάς. τὸ δὲ μέγιστον, εὐλαβῶς 13
διακειμένοις πρὸς τὴν διὰ τῶν Ἀλλοβρίγων καλουμένων Γαλατῶν πορείαν, ἀπουραγήσας μετὰ τῆς σφετέρας

9. αὐτῶν αὐτῷ. Prius pronomen deletum utique malim cum Reisk. 11. καὶ πεπονηκότα Flor. absque artic.

fratres de regno inter ſe certantes, & caſtra caſtris oppoſita habentes; accitus a majore, rogatusque ut in aſſerendo regno ſe vellet adjuvare, petitioni annuit: quod prope manifeſta eſſet utilitas, quam ea res in præſens ipſi erat allatura. Itaque ſocietate belli cum ipſo inita, & fratre altero ejecto, multis rebus a victore eſt adjutus. Non enim commeatum ſolummodo aliaque neceſſaria exercitui ſubminiſtravit: verum etiam arma vetuſta & quaſſata confractaque aliis mutans, univerſas copias opportune renovavit. Præterea pleroſque illorum veſtimentis atque etiam calceamentis adornans, ad ſuperandos montes magna iis auxilia præbuit. Quodque præcipuum ejus meritum fuit, male metuentibus ſibi in tranſitu per fines Gallorum quos *Allobroges* vocant, in extremo agmine ſubſecutus cum ſuis mili-

Digitized by Google

τέρας δυνάμεως, ἀσφαλῆ παρεσκεύασε τὴν ὁδὸν A.V. 536.
αὐτοῖς, ἕως ἤγλισαν τῇ τῶν Ἄλπεων ὑπερβολῇ.

Ἀννίβας δ' ἐν ἡμέραις δέκα πορευθεὶς παρὰ τὸν ποταμὸν εἰς ὀκτακοσίους σταδίους, ἤρξατο τῆς πρὸς τοὺς Ἄλπεις ἀναβολῆς, καὶ συνέβη μεγίστοις αὐτὸν περιπεσεῖν κινδύνοις. ἕως μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἦσαν, ἀπείχοντο πάντες αὐτῶν οἱ κατὰ μέρος ἡγεμόνες τῶν Ἀλλοβρίγων, τὰ μὲν τοὺς ἱππεῖς δεδιότες, τὰ δὲ τοὺς παραπέμποντας βαρβάρους. Ἐπειδὴ δ' ἐκεῖνοι μὲν εἰς τὴν οἰκείαν ἀπηλλάγησαν, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀννίβαν ἤρξαντο προάγειν εἰς τὰς δυσχωρίας, τότε συναθροισθέντες οἱ τῶν Ἀλλοβρίγων ἡγεμόνες, ἱκανὸν τὸ πλῆθος, προκατελάβοντο τοὺς εὐκαίρους τόπους, δι' ὧν ἔδει τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν κατ' ἀνάγκην ποιεῖσθαι τὴν ἀναβολήν. εἰ μὲν οὖν ἔκρυψαν τὴν ἐπίνοιαν, ὁλοσχερῶς ἂν διέφθειραν τὸ στράτευμα τῶν Καρχηδονίων· νῦν δὲ καταφανεῖς γενό-

L. Hannibal ascendens Alpes, infestatur ab Allobrogibus.

L. 3. *Alia verborum serie Bav.* ἐκεῖνοι μὲν ἀπηλ. εἰς τὴν οἰκ. Ibid. συναθροισθέντες. συναθροίσαντες *Vrb. & Flor. Et mox* ἱκανὸν πλῆθος *absque artic. iidem & Bav. & Aug. & Regii.*

militibus, ſecurum iter præſtitit, donec ad ipſum transſcenſum Alpium appropinquarunt.

50. *Hannibal*, decem diebus centum ferme paſſuum millia propter Rhodanum emenſus, *conſcendere Alpes* cœpit: & inde quidem in maxima pericula incidit. Nam donec quidem per plana tranſibat agmen; minores omnes *Allobrogum* duces, partim equitum metu, partim barbarorum, qui præſidii cauſſa comitabantur Pœnos, ſeſe ab his abſtinuerant. At illi poſtquam domum redierunt, & *Hannibal* erigere in primos clivos agmen cœpit; tunc magno numero congregati principes *Allobrogum*, opportuna loca, per quæ neceſſario aſcendendum Hannibali erat, occupant. Qui ſi inſidias occuluiſſent, Pœnorum exercitum internecione deleviſſent: nunc, dete-

Digitized by Google

A.V. 536. Hannibal ascendens Alpes.

γενόμενοι, μεγάλα μὲν καὶ τοὺς περὶ Ἀννίβαν ἔβλαψαν, οὐκ ἐλάττω δὲ αὐτούς. Γνοὺς γὰρ, ὁ στρατηγὸς τῶν Καρχηδονίων, ὅτι προκατέχουσιν οἱ βάρβαροι τοὺς εὐκαίρους τόπους, αὐτὸς μὲν καταστρατοπεδεύσας πρὸς ταῖς ὑπερβολαῖς, ἐπέμενε· πρὸς πέμψε δὲ τινας τῶν καθηγουμένων αὐτοῖς Γαλατῶν, χάριν τοῦ κατασκέψασθαι τὴν τῶν ὑπεναντίων ἐπίνοιαν, καὶ τὴν ὅλην ὑπόθεσιν. ὧν πραξάντων τὸ συνταχθὲν, ἐπιγνοὺς ὁ στρατηγὸς, ὅτι τὰς μὲν ἡμέρας ἐπιμελῶς παρευτακτοῦσι καὶ τηροῦσι τοὺς τόπους οἱ πολέμιοι, τὰς δὲ νύκτας εἴς τινα παρακειμένην πόλιν ἀπαλλάττονται· πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἁρμοζόμενος, συνεστήσατο πρᾶξιν τοιαύτην. Ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, προῆγεν ἐμφανῶς· καὶ συνεγίσας ταῖς δυσχωρίαις, οὐ μακρὰν τῶν πολεμίων κατεστρατοπέδευσε. τῆς δὲ νυκτὸς ἐπιγενομένης, συντάξας τὰ πυρὰ καίειν, τὸ μὲν πλεῖον μέρος τῆς δυνά-

5. ἐπέμενε. ὑπέμενε Bav. 6. ὑπόθεσιν. ἐπίθεσιν cum plerisque codd. edidit Casaub. 8. ἐμφανῶς correxit Casaub. ἀφανῶς uersti fere omnes.

detecto dolo, magna illi quidem strage hostes affecerunt, sed ipsi quoque non minorem acceperunt. Vt enim cognovit dux Carthaginiensium, barbaros opportuna loca occupata tenere; ipse juxta locum ubi ascendendum erat, positis castris, subsitit: deinde Gallorum nonnullos, quibus utebatur ducibus, ad exploranda adversariorum consilia, & quid omnino pararent, præmittit. Qui quum fecissent quod jussi fuerant, edoctus *Hannibal*, interdiu quidem diligenter custodiarum vices obiri & obsideri saltum ab hoste, noctu vero in propinquum oppidum quoddam omnes abire; ad hoc institutum sese accommodans, rem hujusmodi est commentus. Promotis castris exercitum tantisper duxit ex aperto, donec angustiis jam appropinquans, intervallo non adeo magno ab hoste castra communit. Insequente dein nocte, ignibus accendi jussis, majorem copiarum partem ibi

Digitized by Google

δυνάμεως αὐτοῦ κατέλιπε· τοὺς δ' ἐπιτηδειοτάτους εὐζώνους ποιήσας, διῆλθε τὰ στενὰ τὴν νύκτα, καὶ κατέσχε τοὺς ὑπὸ τῶν πολεμίων προκαταληφθέντας τόπους, ἀποκεχωρηκότων τῶν βαρβάρων κατὰ τὴν συνήθειαν εἰς τὴν πόλιν. A.V. 536. Infestatur ab Allobrogibus.

LI. Οὗ συμβάντος, καὶ τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης, οἱ βάρβαροι συνθεασάμενοι τὸ γεγονὸς, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπέστησαν τῆς ἐπιβολῆς. μετὰ δὲ ταῦτα, θεωροῦντες τὸ τῶν ὑποζυγίων πλῆθος καὶ τοὺς ἱππεῖς δυσχερῶς ἐκμηρυομένους καὶ μακρῶς τὰς δυσχωρίας, ἐξεκλήθησαν ὑπὸ τοῦ συμβαίνοντος, ἐξάπτεσθαι τῆς πορείας. τούτου δὲ γενομένου, καὶ κατὰ πλείω μέρη προσπεσόντων τῶν βαρβάρων, οὐχ οὕτως ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ὡς ὑπὸ τῶν τόπων, πολὺς ἐγίγνετο φθόρος τῶν Καρχηδονίων, καὶ μάλιστα τῶν ἵππων καὶ τῶν ὑποζυγίων. οὔσης γὰρ οὐ μόνον στενῆς καὶ τραχείας τῆς προσβολῆς, ἀλλὰ καὶ κρημνώδους, ἀπὸ παντὸς κινήματος καὶ πάσης ταραχῆς

9. ἀποκεχωρ. ἀναχεχωρ. Bav.

ibi reliquit; ipſe, acerrimo quoque viro ad expeditorum manum conficiendam ſelecto, anguſtias ſilentio noctis evadit, eosque ipſos tumulos, quos hoſtes occupaverant, inſidet; quum pro more ſuo barbari in urbem conceſſiſſent.

51. Barbari, luce orta, ubi quod factum erat cognovere, principio quidem conatu deſtiterunt: poſtea vero, ut vident, tum jumentorum multitudinem, tum ipſos equites ægre atque longo admodum agmine e locis difficilibus eniti; e re nata impetum ceperunt carpendi hoſtium agmen. Igitur quum multis ſimul ex locis barbari irruerent, nec hoſtes dumtaxat, ſed multo magis locorum iniquitas Pœnis noceret, magna facta eſt eorum ſtrages; maxime autem equorum ac jumentorum. Nam quia non ſolum anguſtus & aſper aſcenſus erat, verum etiam præruptus; quidquid accederet motus, quidquid trepidationis,

A.V. 536. Hannibal ascendens Alpes, infestatur ab Allobrogibus.

χῆς ἐφέρετο κατὰ τῶν κρημνῶν ὁμοῦ τοῖς φορτίοις πολλὰ τῶν ὑποζυγίων. καὶ μάλιστα τὴν τεταραχὴν ἐποίουν οἱ τραυματιζόμενοι τῶν ἵππων. τούτων γὰρ οἱ μὲν, ἀντίοι συμπίπτοντες τοῖς ὑποζυγίοις, ὁπότε διαπτοηθεῖεν ἐκ τῆς πληγῆς, οἱ δὲ, κατὰ τὴν εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμὴν ἐξωθοῦντες πάντα τὰ παραπίπτοντα ἐν ταῖς δυσχωρίαις, μεγάλην ἀπεργάζοντο ταραχήν. Εἰς ἃ βλέπων Ἀννίβας, καὶ συλλογιζόμενος, ὡς οὐδὲ τοῖς διαφεύγουσι τὸν κίνδυνόν ἐστι σωτηρία, τοῦ σκευοφορικοῦ διαφθαρέντος, ἀναλαβὼν τοὺς προκαταλαμβάνοντας τὴν νύκτα τὰς ὑπερβολὰς, ὥρμησε παραβοηθήσων τοῖς τῇ παρεμβολῇ προσβάλλουσιν. οὗ γενομένου, πολλοὶ μὲν τῶν πολεμίων ἀπώλλυντο, διὰ τὸ ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον ἐξ ὑπερδεξίων τὸν Ἀννίβαν, οὐκ ἐλάττους δὲ καὶ τῶν ἰδίων. ὁ γὰρ κατὰ τὴν πορείαν θόρυβος ἐξ ἀμφοῖν ηὔξετο· διὰ

LI. 4. ὁμόσε τοῖς. ὁμοῦ σὺν τοῖς edd. ex Bav. 6. σκευοφορικοῦ. σκευοφόρου Vat. Flor. Vrb. Aug. Reg. A. Ibid. προσβάλλουσιν. Sic Flor. (pro ὃ Vat.) Aug. Reg. A. B. probante Scalig. & Reiskio. Sed videndum, an sententia sit: properavit incurſare in eos qui impetum in agmen faciebant. Mendoſe προσβάλλουσιν edd. ex Bav. quod in προλαβοῦσιν mutandum ſuſpicatus eſt Caſaub. & contendit Gronov.

nis, ipſis cum ſarcinis multa jumenta per præcipitia deferebantur. Præcipua vero trepidationis cauſſa equi vulnerati erant: nam hi, quoties ex ictu conſternati erant, partim converſi in jumenta irrumpentes, partim in anteriora ruentes, &, quidquid obvium fieret in anguſtiis, protrudentes, ingenti tumultu omnia complebant. Quod ubi vidit *Hannibal*, cogitans, nequicquam incolumem futurum exercitum, ſi jumenta cum impedimentis periiſſent; cum ea manu, quæ anguſtias noctu occupaverat, ad ferendam iis opem, qui iter porro facere conabantur, proficiſcitur. Ita *Hannibal* e ſuperiore loco impetum in adverſarios faciens, magnam illis perniciem attulit: ſed nec minorem ſuorum fecit jacturam. Tumultus enim agminis nunc ex utraque parte

auge-

διὰ τὴν τῶν προειρημένων κραυγὴν καὶ συμπλοκήν. A.V. 536. Hannibal cædit ac reprimit Allobroges.
9 Ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν πλείστους τῶν Ἀλλοβρίγων ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς τρεψάμενος ἠνάγκασε Φυγεῖν εἰς τὴν οἰκείαν· τότε δὴ τὸ μὲν ἔτι περιλειπόμενον πλῆθος τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν ἵππων μόλις
10 καὶ ταλαιπώρως διήνυε τὰς δυσχωρίας. Αὐτὸς δὲ συναθροίσας ὅσους ἠδύνατο πλείστους ἐκ τοῦ κινδύνου, προσέβαλε πρὸς τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἐποιήσαντο
11 τὴν ὁρμὴν οἱ πολέμιοι. καταλαβὼν δὲ σχεδὸν ἔρημον, διὰ τὸ πάντας ἐκκληθῆναι πρὸς τὰς ὠφελείας, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς πόλεως. ἐκ δὲ τούτου πολλὰ συνέβη τῶν χρησίμων αὐτῷ, πρός τε τὸ παρὸν καὶ
12 πρὸς τὸ μέλλον. παραυτίκα μὲν γὰρ ἐκομίσατο πλῆθος ἵππων καὶ ὑποζυγίων, καὶ τῶν ἅμα τούτοις ἁλωκότων ἀνδρῶν· εἰς δὲ τὸ μέλλον ἔσχε μὲν καὶ σίτου καὶ θρεμμάτων ἐπὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ἡμέραις εὐ-
13 πορίαν. τὸ δὲ συνέχον, φόβον εἰργάσατο τοῖς ἐξῆς,

9. περιλειπ. περιλιπόμενον Bav. Ibid. διήνυε. διήννυεν edd. cum aliis. 12. ἐπὶ δυοῖν &c. Malim utique ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας· & τρεῖς pro τρισὶν est in Vat. Flor. Aug. Reg. A. 13. εἰργάσατο. ἐνεργάσατο puto legendum.

augebatur, propter eorum quos diximus clamorem & dimicationem. Posteaquam tandem pars maxima *Allobrogum* est occisa, & reliqui domum fuga repetere coacti sunt; tum quidem quæ supererant cladi jumenta & equi, ægre magnaque cum difficultate angustias transierunt. Ipse, periculo illo defunctus, quam plurimos potuit cogit; & oppidum illud, unde hostes fecerant impressionem, adoritur. Natus autem prope desertum, quod prædæ spe invitati omnes exierant, loco potitur. Quæres & in præsens & in futurum tempus magno illi commodo cessit. Nam & statim numerum ingentem equorum, jumentorum atque hominum, qui capti simul fuerant, recepit: & præterea ad duos tresve dies insecutos frumento & pecoribus abundavit. Tum, quod maximum erat, terrore injecto proximis Gallis, effe-

Digitized by Google

A.V. 536. πρὸς τὸ μὴ τολμᾶν αὐτῷ ῥᾳδίως ἐγχειρεῖν μηδένα τῶν παρακειμένων ταῖς ἀναβολαῖς.

LII. Alpes ascendere pergit Hannibal.

Τότε μὲν οὖν αὐτοῦ ποιησάμενος τὴν παρεμβολήν, καὶ μίαν ἐπιμείνας ἡμέραν, αὖθις ὥρμα. ταῖς δ' ἑξῆς, μέχρι μέν τινος ἀσφαλῶς διῆγε τὴν στρατιάν· ἤδη δὲ τεταρταῖος ὢν, αὖθις εἰς κινδύνους παρεγένετο μεγάλους. Οἱ γὰρ περὶ τὴν ὁδὸν οἰκοῦντες, συμφρονήσαντες ἐπὶ δόλῳ, συνήντων αὐτῷ, θαλλοὺς ἔχοντες καὶ στεφάνους· τοῦτο γὰρ σχεδὸν πᾶσι τοῖς βαρβάροις ἐστὶ σύνθημα φιλίας, καθάπερ τὸ κηρύκειον τοῖς Ἕλλησιν. εὐλαβῶς δὲ διακείμενος πρὸς τὴν τοιαύτην πίστιν Ἀννίβας, ἐζήτασε φιλοτίμως τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν καὶ τὴν ὅλην ἐπιβολήν. τῶν δὲ φασκόντων, καλῶς εἰδέναι καὶ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν, καὶ τὴν τῶν ἐγχειρησάντων αὐτὸν ἀδικεῖν ἀπώλειαν, καὶ διασαφούντων, ὅτι παρεισι διὸ

Specie pacis decipitur ab Alpinis.

LII. 3. κηρύκειον. κηρύκιον Flor. Aug. Reg. A. 5. ἐγχειρησάντων αὐτὸν ἀδικεῖν. Sic Vat. Flor. Reg. B. C. ἀδικεῖν abest ab Aug. Reg. A. & Bav. Præterea pro αὐτὸν, Bav. habet κατ' αὐτοῦ, & superscr. αὐτῶν.

effecit, ne quisquam ex accolis eorum locorum, per quæ ascendebat, sibi negotium facessere auderet.

52. Tum igitur castra eo loci metatus, diem unum quievit, ac deinde ire perrexit. Sequentibus diebus aliquantum viæ sine ullo periculo cum copiis confecit: quarto die in periculum ingens iterum incidit. Viæ namque accolæ, clam conspiratione facta, cum virentis *olivæ ramis* & coronis fiunt illi obviam: fere enim ubique apud barbaros hoc pacis & amicitiæ signum est, ut *caduceus* inter Græcos. *Hannibal*, caute fidendum hoc genus hominibus jam olim persuasus, quid consilii istud esset, aut omnino quid sibi vellent, diligentissime explorat. Quum dicerent, *non ignorare se neque captum oppidum, neque eorum pernitiem, qui ipsum conati essent injuria lacessere;* significarentque, *idcirco se advenisse, quod*

Digitized by Google

διὰ ταῦτα, βουλόμενοι μήτε ποιῆσαι μήτε παθεῖν δυσχερὲς μηδέν, ὑπισχνουμένων δὲ καὶ δώσειν ἐξ αὐ- 6 τῶν ὅμηρα· πολὺν μὲν χρόνον ηὐλαβεῖτο, καὶ ἀπίστει τοῖς λεγομένοις· συλλογιζόμενος μέν, ὡς εἰ λάβοι τὰ προτεινόμενα, τάχ' ἂν ἴσως εὐλαβεστέρους καὶ πρᾳοτέρους ποιήσαι τοὺς παραγεγονότας· μὴ προσδεξάμενος δὲ, προδήλους ἕξει πολεμίους αὐτούς· συγκατένευσε τοῖς λεγομένοις, καὶ συνυπεχώ- 7 ρησε τὴν φιλίαν πρὸς αὐτούς. τῶν δὲ βαρβάρων τὰ ὅμηρα παραδόντων, καὶ θρέμμασι χορηγούντων ἀφθόνως, καὶ καθόλου διδόντων σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖρας ἀπαρατηρήτως, ἐπὶ ποσὸν ἐπίστευσαν οἱ περὶ τὸν Ἀννίβαν, ὥστε καὶ καθηγεμόσιν αὐτοῖς 8 χρῆσθαι πρὸς τὰς ἐξῆς δυσχωρίας. Προπορευομένων δ' αὐτῶν ἐπὶ δύο ἡμέρας, συναθροισθέντες οἱ προειρημένοι καὶ συνακολουθήσαντες, ἐπιτίθενται, φάραγγά τινα δύσβατον καὶ κρημνώδη περαιουμένων αὐτῶν.

A.V. 536. Hannibal decipitur ab Alpinis.

8. προπορ. *Simplex* προευομένων *dat Aug.* Ibid. ἐπὶ δύο ἡμέρας *malim.*

